

V. Teuffel 10 991

Wd. 82.

DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE EO,

QUOD JUSTUM
EST CIRCA DIEM,

Quam

NIXUS SACROSANCTÆ, AC INDIVI-
DUÆ TRIADIS AUXILIO,

Ex

DECRETO, ET AUTHORITYTE

Excellentissima, atque Amplissima

FACULTATIS JURIDICÆ,
in Perillustri, quæ Teutoburgi floret
Academia

Ad consequendos Summos in utroque Jure Honores,
& Privilegia Doctoralia

Placida eruditorum censura subjicit

BERNARDUS ENGELBERTUS FRAN-
CISCUS LINDEN,
MONASTERIO WESTPHALUS,

*In Auditorio majori ad diem 9. Octobris MDCCXXIV.
Hora locoque consueto.*

DUISBURGI AD RHENUM,
Typis JOHANNIS SAS, Academiae Typographi.

14 19

DISSERTATIO IN AUCTORITATE
JURIDICA
DE F.O.

QUOD IUSTITIA
EST CIRCA DIEM

PERMUTATIONE AN INDIVI
DUO TRIANGULI AUXILIO

IN ACADEMIA
JURIS

IN FACULTATE JURIDICA
ACADEMIAE

AD CONFERENDUM SUMMAM IN IURIS HONORE
AC FACULTATE DOCTORUM

BERNARDUS WOLFFERTUS FRANK
CIRCUS LINDE

MONASTERIO WESTPHALIAE

IN ACADEMIA JURIS
AC FACULTATE DOCTORUM

JOHANNIS BART. ACADEMIAE TYP. GRAV.




SERENISSIMO. ET. REVERENDISSIMO
PRINCIPI. AC. DOMINO

CLEMENTI
AVGVSTO

ARCHIEPISCOPO. COLO-
NIENSI. S. R. I. PER. ITALIAM
ARCHICANCELLARIO. ET. ELECTORI
SVMMI. PONTIFICIS. ROMANI. LEGA-
TO. NATO. EPISCOPO. MONASTE-
RIENSI. ET. PADERBORNENSI. POSTV-
LATO. HILDESHEIMENSI. VTRIVSQVE
BAVARIAE. SVPERIORIS. PALATINA-
TVS. WESTPHALIAE. ET. ANGARIAE
DVCI. BVRGGRAVIO. IN. STROMBERG
COMITI. IN. PYRMONT. DOMINO. IN
BORCKLOHE. ET. WERTH. &c. &c.
PRINCIPI. NOMINE. ATQVE. OMINE. CLE-
MENTI. PATRIAE. PATRI. AVGVSTO. IN
CVIVS. SINVM. TOT. RESPVBLICAE. TOT
ECCLESIAE. TOT. NATIONES. CEV. CERTIS-
SIMVM. ALIQVOD. ET. SANCTISSIMVM. DE-
LVBRVM. SPONTE. CONFLVXERVNT. DVCI
REBVS. GESTIS. MAGNO. VIRTVTIBVS. MA-
IORI

IORI. PIETATE. MAXIMO. LITERARVM. ET
OMNIVM. STVDIORVM. FAVTORI. NVTRITIO
ALTORI. BENIGNO. ATQVE. BENEFICO. CI-
VIVM. SVORVM. SIDERI. PVBLICAE. FELICI-
TATIS. STATORI. CONSERVATORI. GLORIAE
AVITAE. AMPLIFICATORI. ANTISTITI. QVI
EXEMPLVM. SECVLO. BEATITVDINEM. SVB-
DITIS. INCREMENTA. ARTIBVS. LIBERALIBVS
PRAESTAT. DOMINO. QVEM. VT. HABERE-
MVS. DEVM. T. O. M. ROGAVIMVS. QVEM-
QVE. VT. DIV. HABEAMVS. NVNC. VNICE
ROGANDVM. EST. ELECTORI. DVCI. PRINCIPI
ATQVE. DOMINO. SVO. CLEMENTISSIMO
NESTOREOS. ANNOS. FELICITATEMQUE
PVBLICE. DOMIQVE. PERPETVAM. HUMILLI-
ME. PRECATVR. ET. THESES. HASCE. INAV-
GVRALES. CEV. STVDIORVM. SVORVM. PRI-
MITIAS. CVMQVE. ILLIS. VNA. VITAM. STV-
DIA. FORTVNAS. SVAS. CONSECRAT

DEVOTISSIMVS. EIVS. SVEDITVS
BERNHARDVS. ENGELBERTVS
FRANCISCVS. LINDEN
MONASTERIO. WESTPHALVS.



Q. S. N. F. F. Q. E. J.

PRÆLIMINARIA.

DE temporum computatione primis ab orbe condito sæculis, nec non paucis subsequens usitata, quotque menses, septimanas; aut dies complexus fuerit annus non una eademque est DD. pariter ac scriptorum sententia. Græcis spatium quatuor mensium annum constituere volentibus; Arcadiis vero duos aut tres ad hoc sufficere existimantibus; nec desunt qui reputant & hyemem & æstatem specialem & separatam constituere annum: vid. Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 3. c. 24.* ita ut vix ullus ei certum assignare terminum poterit: quamvis ad veritatem propius accessisse Ægyptios autemet. Alex. *loc. cit.* Similibus tricis se innodatos inveniebant Reipublicæ Romanæ primævus conditor Romulus, eumque paulo post subsequens Numa Pompilius; illo annum in menses decem, trecentos & quatuor dies dividente: hoc vero menses duodecim, in dies trecentos quinquaginta quatuor distinctos volente, donec tandem nodum hunc Gordium Julius Cæsar dissecuit, cuilibet anno menses duodecim, illisque varie varias assignando septimanas & dies: vid. Thomaf. Dempster. ad Rosini *lib. 4. c. 1.*

A

anti-

antiquit. Roman. cui Imperatoriæ Sanctioni, paucis ab Augusto mutatis, per longam temporum seriem inhaerere placuit posteritati, donec tandem Gregorius Pontifex sæculi decimi sexti anno octuagesimo primo, & denique sæculi decimi octavi anno primo Status Protestantès S. R. I. in multis ab ea discessum fecere teste Christiano Wolffio in elementis chronol. pag. mihi 765. Statuti igitur sunt jure civili in duodecim mensibus, indeque fluentibus quinquaginta duabus septimanis, trecenti sexaginta quinque dies excepto bissextili, uti patet ex l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 4. §. 5. ff. de stat. lib. l. 134. de verb. signif. eorumque septem in septimanam redacti, nominibus planetarum eis impostis; cujus numeri septenarii (ut hoc obiter addam) rationem & ordinem deducere gentes, præsertim Indos, de septem stellis vagantibus, planetis vulgo appellari solitis, mihi auctor est Brechæus ad l. 2. §. 1. ff. de verb. signif. hoc addido commento, Jarcham Apollonio septem donasse annulos stellarum præfatarum nomine insignitos, quorum singulos singulis diebus gestasse dicitur Apollonius, uti id latius explicat Philostrat. in vit. Apol. Tyanæi. Aliis rationem in mystico septenarii numero quærentibus. Primam quod attinet sententiam, quod nomina dierum à planetis originem suam trahant, confirmari id videtur in Polyanthea Mirabellii voce dies: plura cupiens vid. Meyfart. in comp. Geographia pag. mihi 53. aliosque à Besoldo in thes. pract. citatos voce Wochen. Secundam quod concernit, rationem absolutam de numero dari non posse crederem. Sufficiat igitur nobis, Genesios cap. 2. v. 2. mentionem factam tantum esse de septem diebus, quam computandi rationem posteros imitatos fuisse docent in libris Moysis toties reiterati dies Sabbathini. Add. Dempster. sup. cit. lib. 4. c. 9. pag. mihi 386.

CAPUT

CAPUT PRIMUM.

§. I.

DE die igitur dissertaturus omiffa ejus *definitione*, tanquam ad institutum hoc nostrum parum faciente (quid enim interest cum Basilio Magno asserere, esse aërem quem sol illuminat cum in dimidio globo super terram est collocatus: aut cum Aristotele, solis excursum ab oriente in occasum diem nuncupare cum in vocem lucis demum coincidunt Gen. c. 1. v. 5.) ab ejus derivatione ordiri lubet. Derivant plerique à dio quod lumen sub coelo esse asseritur sicque cum textu citato Genesios, (ubi tamen synonyma esse reperiuntur) ut modo dixi, coincidunt. Alii eam à Jove deducunt Græcis Δις, Romanis Diespiter vocatus, utpote quem diei rectorem antiqua credebat gentilitas: confer. Briffon. *de form. & solen. Pop. Rom. lib. 1. pag. mihi 43. in med.* quo inclinare videtur Horatius dum ait lib. 3. Ode 2.

Sæpe Diespiter

Neglectus incesto addidit integrum

Et lib. 1. Ode 34.

Namque Diespiter

Igni corusco nubila dividens.

Nec desunt qui à supremo Numine, tanquam fonte à quo omnia emanant, derivari contendunt, vid. Houck. *dispur. de die trig. visionis primæ §. 2.* cujus sententia mihi quidem videtur probabilissima. Sed his grammaticalibus longius immorari nauseo & plura volentes remitto ad Lex. Calv. voce *diem* Speidel. *cod.* aliosque ab Houck. *loc. cit. alleg.*

§. II. Ad *homonymiam* vocis diei me conferens varie mihi sumpta occurrit in Sacris Scripturis: pro die seu mo-

mento nativitatis Job. c. 3. §. 3. Pro vita hominis Reg. lib. 3. c. 20. §. 6. c. 11. §. 12. eod. Job. c. 15. §. 20. Pro certis quibusdam annis lib. 3. Reg. c. 11. §. 42. Plerumque autem ita sumi in sacris paginis, docet Jacob. Boulduc. *de Ecclesia ante leg.* lib. 1. c. 1. pag. mihi 7. lit. B. Pro senectute Reg. lib. 3. c. 1. §. 1. Pro termino lib. cit. c. 12. §. 5. Marci c. 8. §. 31. Pro statuto mortis termino Job. c. 14. §. 5. Denique pro certo tempore Marci c. 13. §. 17. & seqq. Confer Tom. prim. *Annal. Eccles. Cæf. Baron.* pag. mihi. 268. n. 36. Tandem pro die ultimi judicii. vid. Polyanth. Mirabel. *loc. cit.* Porro quoque pro mori & mortuus accipitur l. 8. C. de collat. l. 3. qui ad bon. pos. adm. l. 20. ff. fam. hercis. l. 1. C. de postl. rev. pro luce invenitur in LL. XII. Tab. dum ait: SI LUCI. FURTUM FAXIT. SIM. ALIQUIS ENDO IPSO CAPITO. Jacob. Gothof. *in probat. LL. XII. Tab. l. 3. tab. 2. pro conditione l. 49. §. 2. ff. de leg. 1. l. 22. quando dies leg. vel fideicom. ced.* vid. l. 75. de condit. & demonstrat. ibique Dionys. Gothof. confer Struv. *exercit. 33. 2b. 41.* ibique Muller Nicolaus de Noalis *de transmiss. leg. vel fideicom. casu 3. n. 8.* pro certo termino l. 4. ff. ne quis cum qui in jus vocat l. 1. §. 1. l. 21. 23. §. 3. ex quib. caus. Maj. l. 28. §. 4. ff. de jud. & rot. tit. de in diem addict. denique passim occurrit dies Saxonicus quem continere septimanas sex tres dies eine vollkommene Sächsische Frist / latis docemur ex Carpz. p. 1. c. 2. d. 23. n. 8. vid. Eckolt. *in ff. ad tit. de penis. §. 12.*

§. III. Ordine jam nos ad *computationem* deducente eam triplicem cum communi DD. Schola statuimus. Eamque usus fori comprobat. *Canonicam. Naturalem.* & denique *Civilem* seu Romanam. Jure Canonico diem de vespera in vesperam computari docemur per c. 1. X. de feriis & sic quoque ab Atheniensibus computari solitum, utique apud
Citra-

Citramontanos receptum testatur Alciatus *ad l. 2. §. 1. de verb. signif.* ita ut sub vesperam dies finitus censeatur, qua de causa Vigiliis dici vespervas ante diem festum *der Tag vor dem Feste* vult Houck. *loc. cit. §. 3.* Quando locum habeat hæc computatio vid. Excellentif. Dn. Summermann in suis *Notis tit. de feriis & dilat. §. 8.* Diei Naturalis computationem esse à solis ortu usque ad occasum demonstrat *c. 24. X. de off. & potestate jud. de leg. Lauterb. in comp. ff. tit. de feriis & dilat.* quod & confirmare videtur *Gen. c. 1. §. 5.* ubi dies expressè à nocte distinctus esse reperitur, & in vesperam computatur: quod quidem eatenus verum esse fateor, quatenus nocti opponitur; jure enim nostro diem naturalem computari de momento in momentum ob *l. 3. §. 3. ff. de min.* puto cum Houck. *loc. cit.* Civilis seu Romana includit tempus ab una noctis parte media, usque ad sequentis diei noctis partem primam *l. 8. ff. de feriis.* & Goedd. *ad l. 2. §. 1. de verb. signif.* itaque horas viginti quatuor in se continet, uti & Canonicus; Naturalis vero tantum horas duodecim complectitur quas & olim tam diei quam nocti attributas esse testis est. Dempster. *loc. sup. cit. pag. mihi 386. lib. 4. c. g.* quanquam in horas quatuor Judæis divisum fuisse diem asserat Cas. Baron. *loc. cit. pag. mihi 222. n. 5.* Computationem aliis gentibus usitatam, potissimum vero Romanis, in mane ortum & meridiem diei, scire qui vult, adeat Dempster. *loc. cit.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 4. c. 20.* Plinium in *histor. nat. lib. 2. c. 27.* Add. Lex Calv. voce *dies.*

§. IV. De computatione diei *canonici*, usu, & in quibus locum habeat causis relative à me in §. præcedenti actum est: nosse jam oportet in quibus causis computatio *naturalis* & *civilis* locum sibi vendicent. Hæc obtinet in causis civilibus favorabilibus *l. 1. ff. de manumiss.* in usucapionibus

pionibus *l. 6. & 7. ff. de usurp. & usucap.* vid. *l. 5. ff. qui test. fac. pos. l. 15. de divers. temp. prescrip.* secus in odiosis & debitorem gravantibus *l. 99. ff. & §. 2. 1. de verb. obligat. l. 6. ff. de obl. & act. §. fin. 1. de inur. stipulat.* utpote in quibus computatio naturalis attenditur: uti & in omnibus quæ sunt juris naturalis, prætorii, & facti, naturalem diem à lege designatum reperimus. Cum vero alius sit dies naturalis prout computatur de momento in momentum, alius pro ut complectitur duodecim horas seu à solis ortu usque ad occasum, hinc & videndum quando *hic* locum habeat. Observatur autem vel in judicialibus actibus vel in extrajudicialibus. In *judicialibus* exemplum est in sententia ferenda, utpote quæ valide proferri de nocte nequit *N. s. c. 2. propter l. 2. §. 31. ff. de orig. jur.* hora enim tertia solitum erat Romanorum magistratibus jus dicere, jubentibus id LL. XII. Tab. in verbis. ANTE MERIDIEM CAUSAM CONSCITO CUM PERORANT AMBO PRESENTES. POST MERIDIEM PRESENTI ST LITEM ADDICITO. SOL OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO. Vid. Jacob. Gothof. *loc. sup. cit. ad tab. 1. Confer c. 24. X. de off. & potest. jud. deleg.* ubi & Pontifex judicium Ecclesiasticum in tenebris exerceri prohibet. In *extrajudicialibus* exemplum est in citationis insinuatione, quam post solis occasum futilem esse ostendit Lauterb. *in comp. ff. vir. de feriis in fine.* Maxima igitur hujus computationis est differentia. *Civili* enim computatione dies cœptus habetur pro completo exempla vid. *in l. 1. ff. de maxumiss.* (quorum respicere mecum putat Jctum, Bachov. ad Treutl. *in l. 74. §. 1. in fin. ad SCrum Trebell.*) *l. 134. ff. de verb. signif. l. 5. ff. qui testam. fac. pos. l. 8. §. 1. ff. de mun. & honor. l. 74. cit. ad SCrum Trebell.* ubi tamen ex circumstantiis argumentasse Jctus videtur arg. *l. 48. ff. de condit.*

condit. & demonstrat. Hæc se fecus habent in *naturali* computatione, ubi ultimum momentum completum esse requiritur l. 3. §. 3. ff. de min. N. 23. l. 3. ff. de jur. immun. l. 15. §. 6. ff. ad L. Jul. de adult. l. 6. ff. de O. & A. arg. l. 26. de tut. dar. uti id pluribus confirmat Hopp. in *Instit. ad pr. tit. quib. mod. tut. fin.* Vid. Late de hoc differens Gratianus *discept. forens. tom. 4. c. 607. n. 6. & seqq.*

§. V. Dies alii sunt prophani, lustrici, pluvii, atri, lugubres, albi, ominosi, communes, boni dæmonis, fasti, nefasti, pii, magni, sigillarii, immoti, illustres, obsecuri, languidi, procellofi, dubii, critici, judicatorii, cenforii, & denique infortunati, quos recte reprehendit Lessius *lib. 2. c. 43. dub. 10. n. 65.* ita ut eos feliciter aspernatos probet ab ipsis ethnicis Alex. ab Alex. *dier. genial. c. 20. lib. 4. pag. mihi 234.* ast cum hi non multum usui hodierno inserviant de illis plura desiderantes remitto ad Rhodiginum in *lect. Antiq.* Alex. ab Alex. aliosque ab Houck. *sap. cit. alleg. loc.* Nobis supersunt dies *legitimi*, quos dilationes ordinarias etiam vocant. Quondam autem fuisset dies viginti concessos ad accusandum totidemque reo ad se suaque defendendum ex Buddæo refert Calep. voce *dies.* Considerandi quoque sunt *dies feriatæ & non feriatæ* judiciales V. C. dies *Sessionum*, vel extrajudiciales, *Deputationis-Tage/ Reichs-Tage/* & dein dies ferendarum *penitentiarum*, dies *visitationum*, *Visitationis-Tage.*

§. VI. Dies feriatæ dupliciter considerantur; sunt enim vel *Divini* vel *humani* juris. *Divini* vel ratione institutionis, vel ratione cultus. Ratione institutionis dies *Dominicus*, aliive in Testamento Veteri instituti V. C. *novilunii*, postea tamen per *Novum Testamentum* abrogati vid. ad *Coloss. c. 2. v. 16.* ratione *cultus* vel sunt festa *immobilia* vel *mobilia* vid. *Coll. Jurid. Argent. tit. de feriis*

❁

& dilat. *th. 4.* *Humani feriat* dies vel sunt vindemiales,
 vel nundinales, vel repentini; de quibus & quando feriat
 sint definitæ in Camera Imperiali vide sis, in Coll. Jurid.
 Argent. *th. 5. loc. cit.* confer omnino. Blum. *in pr. Cam. tit.*
62. a. n. 1. ad 17. mores patriæ quod attinet ferias judiciis
 nostris præfixas video à decimo die Decembris usque ad fe-
 stum *trium Regum*: à die solis *Esto mihi* usque ad *Invocavit*
 à Dominica *Palmarum* usque *Quasi modo geniti*: à Domini-
 ca *Jucunditatis* usque ad *Domin. Exaudi.* à vespera *Penteco-*
stes usque ad *Dom. Trinitatis*: à festo die *Jacobi* usque ad
 diem primum *Septembris*: inclusis omnibus Deo dicatis vid.
Münsterische Hofgerichts Ordnung p. 2. tit. 50. *Münst-*
erische Landgerichts Ordnung p. 1. tit. 14. in præfatis igitur
 diebus iudicium non exercetur; iudicisque adeundi
 copia non datur *l. 5. l. 26. §. 7. ff. de feriis.* adeo ut actus
 omnis conticescat, præter actus voluntariæ jurisdictionis,
 causæ cognitionem non requirentes *l. 8. & fin. C. de feriis.*
 adeoque reliqui actus judiciales celebrati ipso jure sunt
 nulli *c. fin. X. eod.* & quamvis in iudicium venire & ipsis
 feriis humanis sit illicitum, variis tamen modis accidere
 potest ut licentia adeundi detur vid. *Lauterb. tit. cit. loc.*
alleg. Coll. Jurid. Argent. ibid. th. 21. illud adhuc notan-
 dum venit, quod quamvis dies intuitu unius ex litigantium
 numero tantum sit feriat, tamen Judex id attendere &
 una parte invita pronuntiare valide non possit *Lauterb.*
loc. cit. Rhodig. in ff. Cameral. lib. 2. tit. 12. §. 10. nec Ju-
 dæus die Sabbathi conveniri aut convenire poterit. *l. 13. C.*
de Judæis ibique *Brunn. n. 1. & 2.* qui specialia de die Do-
 minica cupit adeat Acta Eruditorum Lipsienfum de anno
 1720. *ubi de ejus initio & abusu* late agitur *pag. mihi 326.*

§. VII. Nefastos dies excipiunt *negotiosi*, seu judicia-
 les & extrajudiciales quorum differentiam Jus Romanum
 non

non agnovisse vult Dempster. *lib. 4. c. 9. pag. mibi 386.* dum refert ex Jul. Capitol. in Marc. Antonin. *Festos dies iudicialiis addidit, ita ut ducenti triginta dies in rebus agendis librisque disceptandis instituerentur, quos ordinarios vocamus & statos, & constitutos.* Verum enim vero dies *judicialis* longe alio sensu Germanis audit, ein *Gerichts-Tag*; dies Sessionum, eine Audienz ut in Camera Imperii appellatur; vid. Kürzer doch gründlicher Unterricht der Reichs Processens D. Gerhardens *discurs. 3. c. 1.* quarum tres, nempe diem *Luna, Mercurii, & Veneris* narrat hebdomodatim Blum. *pr. Cam. tit. 60. n. 34.* & quamvis aliis diebus copia ad eundem iudicem etiam detur, adeoque late quoque *judicialis* sive *juridicæ* dici queant, attamen strictiore sensu tres præfatas proprie *juridicas* appellari dies manifeste apparet ex Blum. *loc. cit. tit. 60. n. 11. & 12.* Confer Rhoding. *lib. 2. tit. 1. ff. Cam.* Tales *audientias* moribus *Episcopatus Monasteriensis* quoque observari, testis est die *Tax. und Ordnung Magistratus Civitatis Monasteriensis* in pr. de anno 1624. de 12. Decembris, dum *Procuratoribus* in frequentando *audientias* præfigit diem *Lunæ & Veneris*: Non minus *statos* quosdam dies summa ibidem *Consistoria* agnoscunt, in quibus aut *Cancellariam*, aut alium locum constitutum frequentare tenentur, vid. *Münstrische Hoffgerichts Ordnung p. 1. tit. 2.* item die *Landts Ordnung p. 2. tit. 1.* eodem modo *Officialis curiæ Episcopalis Monasteriensis*, quibusdam diebus *judicialiter* præsidere ad portas *Paradisii Majoris Ecclesiæ*, in more positum habet. Quæ omnia satis usus fori & observantia quotidiana ibidem comprobant.

§. VIII. Ratio instituti nostri non patitur multa de die deputationum, Deputations-Tage / uti & generalibus Statuum Imperii Conventibus von den Reichs-Tagen differere;

B

tere; eaque de causa; cum satis quid illis nominibus veniat notum sit; curiosum remitto Lectorem ad *Besold. thes. pract.* Speidel. *in spec. var. histor.* Wehner. *in observat. pract.* voce *Deputations- und Reichs-Tage*. Dies *visitatio-* num sunt constitutæ pro firmiore Camerae Imperialis sustentatione, & majore Ordinationis Camerae observatione. Camera enim ab Imperatore & quibusdam Imperii Statibus, quolibet anno & quidem die à Judice Camerali Visitatoribus denominato, esse visitandam, Ordinatio quidem jubet; quamvis id non ita strictè observetur; referente id jam olim Blum. *loc. cit. tit. 24. n. 4.* quod laudabile institutum etiam in judiciis patriis non fuisse omissum testis est, die *Münstrische Hoffgerichts Ordnung. p. 2. tit. fin.* in verbis. *Es soll auch dieses Hoffgericht in zweyen Jahren einmahl zum wenigsten visitiret werden. Et mox in fine. Es soll nicht allein denen Hoffgerichts Personen/ sondern auch den Bartheyen frey stehen ihre Mängel/ und begegente Beschwerdnüssen/ solchen unseren Råthen und Visitatoren abzubringen/ oder uns deren jeder Zeit zu verständigen/ darauff gebühlich einsehens und richtigkeit geschaffet werden soll.* Ultimo occurrit tempus *publicandarum sententiarum*, quas Jure Civili ferre omnibus diebus (nisi festivis & feriarum tempore) permissam fuisse, sufficiens postquam causæ cognitio litisque requisita præcesserant, omnibus notum est. In Camera Imperiali etiam non citatis partibus (has etenim initio citatas sufficit) sententia certis tantum temporibus in principalem fertur: olim solennes fiebant publicationes, quæ vel erant semestres vel trimestres; sed hæ per *Reces. Visit. novissimum an. 1713. §. 85.* sunt abrogatæ. Ibiq; dispositum *definitivas* quavis septimana die *Luna*, præsentè Judice, vel Præsìde, cum dimidia Assessorum parte: *Leves* vero sententias quovis die

die in audientia ordinaria publicari deberi, pro ut ea eleganter tradit Excellentif. Summerman in *Coll. pract. Cam. Sect. 2. cap. 3. §. 46.* & quamvis publicationis terminum arbitrii esse dicat Melchior Bieken in addit. Zum kurtzen doch gründlichen Unterricht der Reichs. Processen *discurs. 3. c. 3. §. 4.* priorem tamen doctrinam stabiliri per observantiam docet praxis Cameralis. Quatuor terminos jubet in publicandis sententiis observari. Die Münstrische Hoffgerichts Ordnung *p. 1. tit. 2.* quorum *primus* est Audientia ultima ante ferias Paschales. *Secundus* audientia prima post festum Michaelis. *Tertius* post festum Nativitatis Sancti Joannis audientia prima. Et denique *quartus* die Mercurii quatuor temporum ante ferias natalitias Domini.

§. IX. Mensibus omnibus non eundem esse dierum numerum & lippis & tonsoribus notum est; ast quot dies in jure nostro non addito eorum numero mensē constituent, de hoc gravis DD. controversia; quibusdam viginti octo (inter quos præcellit Lib. Baro de Lyncker in *Analectis ad Struv. Synt. Jur. Civ. tit. de stat. hom. in verbis septimo mense*) aliis triginta: & denique triginta unum diem mensē constituere volentibus: me non lateat *Cameram* triginta recepisse teste Blum. *Proc. Cam. tit. 27. §. 105.* exceptis causis exemptionum, in quibus est viginti octo dierum vid. Tabellæ ab eodem Blum. citatæ *tit. 77. n. 33.* ast id de jure communi satis expeditum necdum esse, varii arbitrantur DD. Discernendum esse an *lex* vel *homo* de mense disponat optime monet Houck. *loc. sup. cit. §. 6.* cum in *hoc* multum valere judicis arbitrium velit. Mev. *p. 1. d. 231. n. 12.* quod & locum in mense *utili* habere contendit. Menoch. *de arbit. jud. casu. 50. n. 27.* utilitatem allatæ distinctionis breviter attingit Schneidewin. *ad tit. Instit. de hered. qual. & diff. §. 4. n. p. 10.* ego tamen in eorum abire

sententiam qui triginta dies mensi attribuunt non dubito, propter textum expressum in *l. 31. §. 22. l. 38. ff. de Adilitio edicto l. 22. §. 1. 2. & 11. C. de jur. delib. N. 115. c. 2. & cum ea accurate concordans Auth. jubemus C. de judiciis. duorum mensium spatium esse sexaginta dierum aperte innuit *l. 30. ff. de adult. l. 36. in pr. C. eod.* talique methodo computationem in Germania fieri asserit Mynsing. *o. obs. 40. n. ult.* itaque in dubio computari debere vult Socinus *reg. 318.* sed huic objici solet *l. 101. de Reg. Juris.* quæ tamen revera non obstat, quia ne verbum de definitione mensis habet, & tantum, an dies termini computetur in termino? definit, quod infra latius discutiendum venit *cap. 2. §. 6. in fin.* Ast jam pergimus ad computationem juris Canonici, & eo jure mensem *reservatum Pontifici* terminari in media nocte ultimi diei, & ex illa nocte dimidia, incipere mensem *ordinarium* tradit Chokier in *Cancell. Apost. Reg. reg. 8. n. 10.* plures computandi modos habet author citatus *reg. 27. n. 23.* Jure Civili computatur vel à die initi contractus, v. g. venditionis; vel à die scientiæ de quo vid. Struv. in *Synag. jur. civ. exercit. 27. th. 11.* & licet diem cœptum pro Completo habeamus quandoque uti *§. 4.* latius explanabimus, tamen idem iudicium de mense & anno ferri non posse, concedimus Connano in *comm. jur. civ. lib. 3. c. 12. n. 7.* vid. tamen *l. 8. ff. de mun. & hon.* His itaque præviis, quid juris ratione diei competat videbimus, & capite sequenti actiones *præjudiciales* percurrendo demonstrabimus quid juris ratione diei statuendum sit. Sed cum sine ordine nil nisi confusum chaos oriatur, hinc secundum ætatum solitos gradus Jus Civile & Canonicum perlustrando *dies* hominis examinabimus.*

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

§. I.

Inæstimabile libertatis beneficium homini à natura datum *l. 4. ff. de just. & jur.* primo occurrit, producens actionem præjudicialem, pro ut etiam status civitatis & familie Struv. in *Jurispr. Romano German. lib. 1. tit. 15. §. 5.* sed cum ex nativitate legitima quæstio præjudicialis oritur §. 13. *l. de action.* adeoque prius discutienda veniat, antequam sciri de jure competente partui, aut quid quam ei attribui possit. *l. 16. & 18. ff. de exception. l. 26. C. de adulte. Cothman. volum. 5. resp. 38. n. 10.* Eaque non decisâ sententia in causa dependente lata nulla reddatur. Cravetta *Conf. 519. n. 8.* hinc paucis videndum, tempus legitimæ nativitatis quot constituent dies? (una enim in hoc passu est servilis & liberorum hominum conditio: ad libertatem enim jure aspirat, dummodo uno tempore libera fuerit mulier parens juxta *l. 5. §. ult. ff. de stat. hom.*) Luber refert verba *l. 3. §. 4. ff. de suis & leg. hered.* De eo autem qui centesimo octuagesimo secundo die natus est, Hippocrates scripsit & Divus Pius Pontificibus rescripsit justo tempore videri natum. Nec video cur in hac lege favore libertatis partum legitimum censerent plerique, cum & initio (adeoque etiam die centesimo octuagesimo primo) mensis septimi eum talem esse pronuntiet *l. 12. ff. de stat. hom.* & quamvis me non lateat, favorem libertatis esse majorem quam legitimæ nativitatis, tamen & hanc large interpretandam, ex eo quod favorabilis sit legitimatio. Gail. 2. *obs. 142. n. 6.* est juris expediti. In dubio enim pro omni partu legitimatione pronuntiandum esse, docet Badius in *comm. ff. tit. de his qui sui vel alien. in l. filium. 6.*

Et homini nihil æque durum est, quàm se illegitime natum cernere. Hinc nec in tempus conceptionis tam rigorose inquirendum docent J^Ci Jenenses, quando in dubio partus pro legitimo haberi potest, sed potius in honorem & favorem matrimonii pro innocentia novorum conjugum, ac sic in mitiorem partem sententiam ferendam esse. Quæ ratione moti J^Ci præfati non tantum partum septimestrem, sed & centum septuaginta dierum legitimum pronuntiarunt, referente Bechman. *in comm. ad ff. tit. de stat. hom. in observat. præf. ibid. 3. & 4.* sed cum judicem lege mitiorem esse non deceat. *N. 82. c. 10.* Nec nimis misericordem, *l. 19. ff. de off. Præsid. l. 7. §. 7. de dolo. l. 7. ff. de pos.* ejusque arbitrium in eis quæ jure definita & clare sunt sancita, vagum esse non possit. Hinc huic sententiæ subscribere nequeo, sed legem sequendam, quamvis dura sit, puto: arg. *l. 12. ff. qui & à quib. manum. lib. non fiant.* nec me deterret à Senatu Parisiensi, teste Dionys. Gothof. *ad N. 39. c. 2. lit. C.* allatum exemplum, ubi partus quinti mensis transmiserat hæreditatem ad suum genitorem: cum longe alia sit ratio partus exfecti, alia legitime nati: nec ad hanc transmissionem tempus requiratur, sed tantum, ut vivus mundum ingrediatur, quamvis nec integrum animal sit. *l. 12. §. 1. ff. de lib. & posth. l. 3. C. de posth. hered. instit.* vid. Carpz. *p. 3. conf. 17. d. 18.* & casu quo infortunio partus lucem aspiciat maturius, idem obtinebit, (fata enim injusta partui nocere nequeunt. *l. 3. C. de inoff. test.*) licet statim decesserit. Secus LLbus Patriis, ubi transmissio non aliter locum habet in parentes, nisi vixerit partus duodecim horis. *Stadt Münsterische Policey-Ordnung. tit. von der Vormunderschafft. §. Es soll auch niemand.* Examinatis quæ ad partus maturi jura pertinent, nunc ad illum qui post terminum solitum venit, me confero;

fero; & offert se quæstio controversa *N. 39. c. 2.* an sc. qui initio undecimi mensis natus, sit legitimus? (partum enim trecentorum dierum talem esse declarat. *l. 3. §. pen. ff. de suis & leg. hered.*) Et eum concurrentibus adminiculis admittendum censeo cum communi DD. Schola; præjudicia hujus sententiæ habet Dionys. Gothof. *ad Nov. cit. lit. E.* ubi & partum quatuordecim mensium legitimum proclamatum, eique possessionem bonorum datam asserit. Simile exemplum affert Sanct. Bernard. de partu quindecim mensium. Ego desuper iudicium suspendens, interim contrarium defendendum, suscipio, licet tantis viris contrariari fere nefas sit. Plura desiderans de partu legitimi temporibus adeat Caranzam *de partu octomestri.* Paul. Zach. *in quest. med. leg.*

§. II. Partus hic ante mediam noctem in lucem editus, diem præcedentem natalem agnoscit, si vero post mediam noctem, dies subsequens ejus erit natalis *l. 8. ff. de feriis.* pro ut deciditur à Gell. ex Varrone *lib. 3. c. 2.* In bissexto vero natus nihil refert, an priore vel posteriore die quis natus sit, nam deinceps sextus Kalendas Mart. dies ejus natalis erit, pro ut claris verbis utitur *l. 3. §. 3. ff. de Minor. & l. 98. de verb. signif.* Itaque infantiam à die nativitatis suæ ingressus in eo statu permanebit, donec septimum compleverit annum. *l. 14. ff. de spons. l. 18. C. de jure delib. l. 1. §. 2. ff. de administ. tut.* de momento in momentum computandum. Nihil itaque intelligere eousque præsumitur, furioso æquiparatur *§. 10. l. de inur. stipul.* nec se ex delicto vel contractu obligare potest, deficiente in contractu voluntate; in delictis verò innocentiam consilii cum excusante *l. 12. ff. ad l. com. de scar.* qua de causâ necessitate exigente & in favorabilibus *l. 9. ff. de acquir. vel omiss. hered.* vel à patre vel tutore omnia expediri debent, V. C. bonorum

bonorum possessio petenda l. 9. §. 1. de bon. poss. l. 1. de bon. poss. furios. l. 18. C. de jur. delib. (quomodo verba non infans nec tutore auctore vel patre, accipienda sint. in l. 65. §. 3. ff. ad SCtum Trebell. docet idem §. in fine.) stipulante quandoque pro eo servo l. 2. ff. rem pup. sal. fore. speciale autem est, utilitatis causa introductum possessionem per eum tutore auctore acquiri posse l. 32. §. 2. ff. de acquir. vel omitt. poss. uti & vacuam rei donatæ possessionem traditam corpore acquiri l. 3. C. cod. l. 29. C. de donat. notandum denique licet cum consensum habere negent. LL. tamen ejus non dissensum quandoque haberi pro consensu: exempla vid. in l. 24. ff. de adopt. l. 5. C. de emancip. l. 25. de manum. quod etiam procedit in casu quo parentes à teneris annis filios Deo dicare volunt Dist. 28. c. 5. c. 1. X. de desp. impub.

§. III. Completo itaque anno septimo inire sponsalia liberum est infantiam egresso. l. 14. ff. de spons. c. 3. X. de spons. & matri. cau. 2. Causa 30. quæst. 2. ejusque nomine contrahere permittit parentibus c. 1. X. de despons. impub. Caus. 32. qu. 2. c. 13. adeoque statum infantie proximum ingreditur; quando vero talis incipiat non una eademque DD. est opinio, sed ne extra sphæram egisse videar, hinc remitto Lectorem ad disput. Fratris mei charissimi de Homine c. 3. §. 4. Porrò privilegia pupillorum habet infantie proximus pro ut videre licet ex l. 10. ff. quemadm. servit. amitt. l. 48. de acquir. dom. l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann. §. 3. I. de adopt. l. ult. si quid in fraud. patr. l. 2. §. 1. fam. hercis. l. 1. pr. de Carbon. edict. l. 5. §. 1. eod. l. 2. C. cod. l. 3. ff. de cens. In delictis quoque mitius puniuntur quamvis doli capaces Lauterb. in Comp. ff. ad tit. L. Corn. de Sicar. ex quibus facile apparet, majorem eis quam infantibus competere facultatem: feudum enim etiam absque tutoris autoritate valide acquirit cum beneficii adeoque feudi capax.

capax. 2. feud. 23. à juramento enim fidelitatis excusatur, & servitia per alium præstans satisfaciit 2. feud. 26. §. si minor. & seqq. licet investituram sine tutoris autoritate non recipere queat. Ad susceptionem Minorum Ordinum valide aspirat septennium egressus, dummodo annum agat duodecimum Acolytatum petens: quamvis dies ultimus necdum completus Engel in Coll. Jur. Can. tit. de æta. & qualit. ord. præfic. n. 3. eadem ætas præfixa est, pueris ad servitia Dei ordinatis Conc. Trid. Sess. 23. c. 18. in pr. de reform. add. Canis: in summa Juris Canon. lib. 1. tit. 8. §. 3. Sequitur pubertas, quæ incipit completo anno decimo quarto in masculis, in mulieribus anno duodecimo pr. 1. quib. mod. tut. fin. l. fin. C. quand. tut. vel curat. & quamvis Jus Canonicum etiam antefatos annos attendat c. 6. & 9. X. de despons. impub. tamen ex habitu corporis eam æstimari in nuptiis comprobatur c. 3. eod. Pubes itaque sponsalia à se contracta irrita intra triduum declarare tenetur arg. l. fin. C. de jud. Zoesl. ad tit. de despons. imp. n. 5. aut matrimonium consummare: ea enim ætate matrimonium valide initur l. 4. ff. de rit. nupt. c. 11. & fin. X. de despons. imp. ita tamen ut non habeatur pro completo dies ultimus Zoesl. in Comm. ff. ad tit. de ritu nupt. n. 8. & quamvis huic obstare videatur l. 134. de V. S. tamen manifestum est, huic casui non esse applicabilem: cum matrimonium speciem quandam servitutis præ se ferat.

§. IV. Visis personis quibus matrimonium inire licitum est: (servorum enim conjunctio Jure Civili matrimonium non est, sed contubernium l. 3. C. de incest. nupt. fecus Jure Canonico, quo etiam invitis Dominis matrimonium contrahunt c. 1. & tot. tit. X. de conjug. serv. C. 2. & 3. Causa. 29. quæst. 2.) ventilandum venit an diem admittat? conditionem quidem admittere testatur c. 5. 6. X.

C

de

de condit. appof. in despons. ad diem tamen contrahi non posse patet ex §. 1. *l. de patria potest. l. 1. ff. de rit. nupt.* ad accessoria naturalia pertinent publicationes, tribus festiuis diebus faciendæ (unum quandoque tamen sufficere diem testis est Engel. *in Coll. Jur. Can. tit. de cland. de spons. n. 4. & 5.* concurrente dispensatione) & quidem continua serie in Ecclesia. Violato per foeminam thoro, eaque in monasterium secundum Auth. *sed hodie C. de adulr. N. 134. c. 10.* detrusa, marito eam rursus affectante, revocationis jus intra biennium competit. Matrimonium contractum dissolvi posse etiam altera conjuge invita dummodo ratum; non consummatum probat Jus Canonicum. Dummodo intra menses duos seu sexaginta dies placeat Engel. *loc. cit. tit. de convers. conjug. n. 1.* propter *c. 2. X. dist. rit.* sed in mundo superstes conjunx teneatur totum novitiatus annum vel bimestre tantum spatium expectare, antequam ad alias convolare liceat nuptias problematicæ defendam graviter ab utraque parte stante DD. agmine.

§. V. Pubertatem incipere post annum duodecimum & decimum quartum supra ostensum. Longe aliter verò hæc considerantur. (1.) In causis alimentorum ubi demum puberes fiunt masculi anno decimo octavo, foeminae decimo quarto (quod tamen intuitu pietatis fit) *l. 14. ff. de alim. & cib. leg.* etiam hodie Lauterb. *loc. cit. ad rit. quib. mod. tut. fin.* ibique alleg. DD. dissentit Strick. *in us. mod. rit. de alim. & cib. leg.* §. 2., eorum præstationem ad annum vigesimum quintum extendens, si formula *hijf er mündig* usus fuerit, & quidem favore alimentorum. (2.) In virilis togæ assumptione, anno ætatis decimo sexto *l. 3. ff. de lib. exhib.* ibique Dionys. Gothof. (3.) In postulando, anno decimo septimo. *l. 1. §. 3. ff. de postul.* (4.) Sententiam ferendo, decimo octavo anno *l. 57. ff. de re jud.*

jud. (5.) Impetracione veniæ ætatis, anno vigesimo & decimo octavo respectivè. *l. 2. §. 1. C. de his qui ven. ætat. imper.* (6.) In venundatione sui ipsius §. 4. *l. de jur. pers. l. 6. §. 5. ff. de injust. irrit. rup. testam.* Jure Canonico dies cœptus pro completo habetur, dum pro Subdiaconatu vigesimum secundum præscribit, pro Diaconatu vigesimum tertium, Sacerdotali dignitate vigesimum quintum. Episcopali trigesimum annum Conc. Trid. *Sess. 23. cap. 12. Engel loc. cit. de ætat. & qualitat. ord. præf. n. 3.* Nisi minor his annis postuletur. Ordines memoratos non omni die conferri posse, probat *c. 3. X. de temp. ordinat. & qualitat.* sed tantum Dominicis & festivis minores; majores vero nisi Sabbatho Sancto, vel Sabbatho ante Dominicam de passione & quatuor temporibus, conferendos esse jubet *cap. cit. vid. Canif. in Summa juris Canon. lib. 1. tit. 8. §. 1.* nec uno eodemque die uni plures sunt conferendi ordines, quamvis sint minores. Zoes. tamen rectè in *Comm. ad Jus Canon. tit. cit. n. 15. ob c. 2. de eo qui ordines suscep.* contrarium putat; caput enim citatum non de duobus simultanee collatis ordinibus agit. Quare insistendum *c. 12. & 15. loc. cit. Con. Trid. Sess. 23. cap. 13. in fin.* putamus. *vid. Canif. loc. cit. Tholosan. in Syntag. jur. univer. lib. 16. c. 11. n. 4.*

§. VI. Statum libertatis pressius considerantes, partum (si uno tempore genitrix libera fuit, quamvis uno tantum die, imo momento) valide ad libertatem proclamare posse diximus *ex l. 5. §. ult. de statu hom. hoc cap. §. 1.* & cum testamento non minus eam dare contingat quam inter vivos; hinc testamento relinqui libertas, quando possit agamus & quidem *Lex. 66. ff. de verb. oblig.* eam dari ante annum vigesimum vetabat, quod tamen postea *N. 119. c. 2. correctum*, & eâ, qua licet de omnibus bonis disponere ætate & manumissionem testamento fieri posse indultum,

mutatō per N. cit. quoque §. 7. l. qui & ex quib. caus. manum. quæ quamvis ita testamento licebant: attamen manumissio inter vivos facta nulla erat, nisi ab eo, qui viginti anni diem ultimum attingit facta probetur, dies enim cœptus pro completo habetur l. 1. ff. de manum. alienationis enim est species manumissio, juvenesque facile blanditiis fervorum ad manumittendum induci posse, jura præsumunt, dum fragile eorum judicium & lubricum affirmat l. 1. ff. de minor. superest ut videamus an diem admittat. In diem dari posse libertatem, affirmat l. 1. 3. §. 14. l. 4. §. 2. l. 28. ff. de stat. liber. l. 16. 17. 23. §. 1. de manum. testam. quamvis ad diem dari nequeat, sed id supervacuum esse asserat. l. 33. & 34. de manum. test. Oritur inde quæstio, an pendente die vel conditione servi sint nec ne? quod primum asserendum cum Struv. putamus Exerc. 40. th. 51. propter l. 9. pr. l. 16. l. 29. pr. ff. de stat. lib. l. 11. pr. ff. de leg. 2. Singulare quid libertatis causâ introductum habet l. 3. & fin. ff. qui sine man. ad libert. perv. ubi servus qui hac conditione, ut manumitteretur, venierat; non addito tempore, ad libertatem sexagesimo die, Constitutionibus nixus Imperatoriis pervenit; in casum verò absentiae intra centum viginti dies. Jam pauca de operis fervorum dispiciamus, & quamvis jure stricto ea quandocunque peti de nocte & die possint, tamen mitigata in servis Romanorum invenimus arg. l. continuus 137. §. 2. ff. de verb. obl. operæ enim sunt opus diurnum l. 1. 3. §. 1. ff. de oper. lib. l. 2. ff. de ann. leg. & cum optimè à libertis ad homines proprios argumentemur, Stam. de servit. pers. c. 21. n. 1. hinc & hæc in iis observari poterunt, nec hi enim de noctu servire tenentur, nisi consuetudine aut pacto aliter introductum Joan. Balthasar. de oper. subd. c. 4. pag. mibi 72. in quam sententiam inclinat mecum Treutl. vol. 1. disp. 2. th. 4. lit.

4. *lit. B.* ita enim laborandum, ne valitudini detrimentum fiat *l. 17. l. 50. §. 1. ff. de operis lib.* nec die festo peti possunt. *Coler. de proc. execut. p. 1. c. 9. n. 68.* nec ante diem conventum. *l. 1. ff. de oper. serv. l. 3. 9. ff. de oper. lib. l. 22. & 24. eod.* sed quid si tribus diebus Domino servitia debeantur, in itinere verò duo consumantur, dies hi an imputari debeant quæritur. *R.* Computabuntur *l. quod nisi §. 1. ff. tit. cit.* & quidem sumptibus Domini *l. 21. eod.* nisi obstat pactum aut consuetudo.

§. VII. Non adeo dispar est servili status Monachalis, utpote quem adscriptitiis quondam servis æquiparari tradit Excellent. D. Zaunschliffer *sect. 1. §. 3. disp. de jur. ignotor.* Videndum erit igitur, quando ingressus ejus sit licitus, non enim statim puer Deo consecratus ad professionem, sed demum completo anno decimo sexto erit admittendus (quamvis ingressus & susceptio habitus annos discretionis seu nobiles *cap. 11. X. de regular.* tantum requirat completos) adeoque nec Monasterio ullatenus obligatur; *Concil. Trid. Sess. 25. cap. 15.* ita tamen, ut annus expletus esse debeat, nec huic favori renuntiare possit Novitius, nisi sit Monialis S. Dominici per privilegium speciale. *vid. Engel. loc. cit. tit. de regular. §. 2. n. 24.* Novitatus vero requiritur talis, qui non interruptus, ita ut si uno die poenituerit, de novo inchoare teneatur rediens poenitentia tactus, & demum completo hoc anno professionem suam edere, nisi ex justâ causâ professionem differant Superiores. *Engel. loc. cit.* Secus se res habet in servo ad monasterium volante, utpote cui professio non est licita, nisi triennio finito, ob metum repetitionis à Domino forsan faciendæ, de quo *vid. Excell. D. Zaunschliffer loc. cit. Sect. 1. §. 3., die non habito pro completo N. 5. cap. 2. §. 1. can. 10. disp. 54.* Professione igitur legitimè factâ, monasterio

obligabitur, & tacite fieri quandoque potest. *cap. 1. & 3. de regular. & transf. ad relig. in 6to. Clement. 2. cod.* quamvis multi contendant eandem, per Con. Trid. sublatam esse, quod tamen cum communi DD. schola rectè negat Engel. *l. cit. §. 2. n. 23.* nisi appareat eam legitimè non emanatam, quo casu ei intra quinquennium tempus reclamandi conceditur *Con. Trid. Sess. 25. cap. 19.* Sed, an ultimo die præterito non ulterior reclamandi tempus die sequenti post quinquennium elapsum competat? puto quod competat *ab l. 101. ff. de reg. j.* dies termini enim non computatur in terminum, quando tempus de momento in momentum currit, vid. Carpz. *p. 1. cap. 2. d. 23. n. 4.* præsertim in causis libertatis, ubi parcendum, parum post terminum sese præsentanti. Bronchorst. *ad l. 101. in fine de reg. jur.* vid. Card. Tusch. *pract. concl. 409.* vid. *l. 1. ff. si quis caut. in jud. Coll. Jur. Arg. tit. de verb. oblig. th. 41.* cui etiam consentit Rosenthal *de feudis c. 6. Conc. 30. n. 6. pag. mihi 259.*

§. VIII. Oritur denique actio præjudicialis inter Magistratum & civem; videbimus igitur quâ ratione dies in his consideretur. Tribuitur autem jus civitatis vel civitatis *l. 1. ff. ad municip. & de incol.* vel alio titulo v. g. emptionis, quod in Germania usitatissimum tradit Wehner *in Obs. pract.* voce Bürger / ubi tamen, *dass man das Bürgerrecht in Jahr und Tag empfangen müsse* / requiritur; non enim patitur consuetudo aut Statutum Germaniæ advenam diutius in civitate commorari, lapsò itaque tempore jura civium redimere, aut migrare tenetur, Stryck. *in us. mod. ad municip. & de incol. §. 9.* sed quid si in diversis territoriis domicilium, seu jura civitatis quis habeat, (quod fieri posse, pluribus tradit Gail. *2. Obs. 35. n. 8.* & textus desuper in *l. assumptio 6. §. 2. tit. cit.* satis est clarus) &

& ab utroque superiore citetur ad unum diem, cui parendum erit? distinguendum puto, an alius sit superior alterius, & immediate in citatum jus habeat, vel mediate, ita ut via appellationis adeundus sit, *hoc casu inferiori se prius sistere debet; illo, superiori prius parendum erit.* Mynsing. 6. Obs. 8. n. 4. Arg. l. 54. §. 1. ff. de re jud., sed si concurrentem habeat jurisdictionem, poterit adire quem vult, nisi una sit causa gravior vel moram non admittens, vid. Mynsing. l. cit. in fin. Studiosi speciale forum, ut Cives Academici & Magistratum suum habentes speciali quoque utuntur receptione, & quidem intra certum diem fe matriculæ offerre debent, nisi poenæ arbitrariæ subjici, & privilegiis Academicis carere ament. Numerus præfatorum dierum non est unus omnibus Academiis, Giesæ novem, Jenæ tres, Tubingæ octo præfiguntur; Privilegia tamen semel acquisita non nisi quinquennio amitti tradit, Besold. in diff. de studios. c. 2. pag. mihi 19. quod communi calculo approbatum, quamvis Paponius putet. lib. 1. tit. 14. arrest. 1. Theologum quatuordecim, Juris Studiosum septem annis, post discessum immunitatibus Academiarum adhuc gaudere.

§. IX. Ad officium Magistratus tutoris datio pertinet, quando testamentaria vel legitima tutela non adest. l. 52. C. de Episc. & Cleric. l. 7. ff. rem. pup. salv. for. pr. I. de arr. tut. Quam diu enim ex testamento tutor speratur neque legitimæ aut dativæ locus erit. LL. cit. & l. 11. pr. ff. de rest. tut. Quæ quamvis Jure Romano confirmatione aliquando non egebant, tamen omnium, Jure Germanico, confirmatio requiritur; per Rees. Imp. de anno 1548. & 1577. tit. Von den Pupillen und Minderjährigen Tutoren §. 32. tutor itaque petendus à personis à lege denominatis & quidem intra annum §. 6. l. ad Scrum Tertull. l. 10. C.

10. C. de leg. hered. LL. patriis tempus sex septimanarum præfigitur. Geschehen die Bettungen der Tutoren in sechs Wochen nach absterben der Elteren nicht / so sollen die Vormunder der Succession, so sie sich zu der Unmündigen Güthern einigsfals verhoffen mögten dahmit privirt und verlustig sein / vid. tit. 5. der Stadt Münstrische Policey-Ordnung. Pure autem dandus erit tutor, diem enim hæc datio aut conditionem, velut actus legitimus, non admittit l. 77. ff. de reg. jur. licet tacite recipiat. Sed de hoc latius infra agam in c. 4. §. 5. omni autem die dari potest. l. 8. ff. de tut. & cur. datis. Testamento vero pure in diem & ad diem tutor constitui potest. l. 8. §. 2. l. 11. pr. de test. tut. l. 14. §. 3. ff. de tut. §. 3. l. qui test. tut. dar. §. 5. l. quib. mod. tut. fin. Alio interim à Magistratu constituto, ne pupillus maneat indefensus l. 11. ff. de test. tut. impuberes enim in tutela esse, naturali juri est conveniens §. 6. l. de attil. tut. Tutor itaque aut se excusare debet intra quinquaginta dies justa ex causa, judici proponenda, §. 16. l. de excus. tut. l. 13. §. 1. l. 38. ff. eod. & quidem continuos à tempore cognitionis: (Alii enim jure nostro sunt dies continui alii utiles: Illi sunt qui continuo & sine interruptione currunt, nulla judicis adeundi facultatis aut absentia habitata ratione nec an actori vel reo agendi aut defendendi facultas competat, vel an dies sint feriati necne; l. 1. §. 9. ff. de agnos. & al. lib. quorum trecentos sexaginta quinque annum constituere diximus superius add. l. 5. §. 9. ff. ut in poss. leg. vel fideicom. ibique Gothof. lit. B. his opponuntur utiles, quibus potestas competit judicem adeundi l. 55. ff. de Edictio edicto l. 6. & ult. qua in fraud. credit.) aut tutelam gerere debet; confestim inventario facto l. 7. ff. de adm. & per tut. l. 24. C. cod. quam primum poterit, id est copiam judicem adeundi habuerit arg. l. 2. §. 43. ff. ad SCtum Terentill. termino

termino iudicis arbitrio relicto Menoch. *de arbit. casu 174.*
n. 2. quem tamen aliquibus in locis definitum V. C. Fran-
 cofurti intra octo dies, testatur Stryck. *in us. mod. tit. de*
adm. & per. tut. §. 17. Statuto Civitatis Monasteriensis, an-
 nus & dies, in quo constitutus est tutor, protocollo in-
 feri debet. *Policey-Ordnung tit. sup. cit. §.* Es sollen auch.
 Qua quoque statuitur, matrem ad secunda vota transeun-
 tem, sex septimanis ante diem nuptiarum alium tutorem
 petere debere, versu Woh auch die überpleibende Per-
 son. & licet etiam Jure Romano anno decimo quarto, &
 duodecimo respectivè tutela exspiret, adeoque curatela
 nolens subire, non cogi queat; tamen Jure Germanico
 qui tutores fuere, curatores esse solent: Stryck. *in us. mod.*
tit. de tut. §. 9. concordat Die gemeine Münstrische Land-
 Ordnung *tit. 5.* ubi cautum. Und diese Vormunderschafft
 soll nicht allein statt haben und wahren bis in das viert-
 zehente Jahr über Mannspersonen/ und zwölffte über
 Mägdtlein Einschließlich/ sonderen soll nach gelegenheit die-
 ser Landtsart über angeregte Mannspersonen bis in das
 zwanzigste/ und über die Mägdlein bis in das siebentzeu-
 te Jahr alles Einschließlich wahren/ und kräftig seyn/
 dahnach mag und soll man ihnen zuwieder in diesem un-
 serem Stiff kein Vormünder/ dan allein zum Krieg/ ge-
 ben und verordnen. Finita demum tutela rationes reddat
 tutor Jure Civili *l. 9. §. 4. ff. de tut. & rat. distrah.* fecus
 Jure Canonico & hodierno, utpote quo singulis annis red-
 di debent; Lauterb. *in comp. ff. ad tit. cit.* Legibus Civitatis
 Monasteriensis ad summum quovis biennio reddendæ sunt,
 vid. Die Münstrische Pol. Ordt. tit. Von Vormunder-
 schafft/ §. So sollen/ adeoque inventarium edendum (in
 omni enim rationum redditione de acceptis & facultati-
 bus administrandis constare debet ex inventario, prius-
 quam

quam de ipsarum augmento & decremento doceatur, pro
ut tradit. Carpz. *lib. 5. resp. elect. 74. n. 5.*) cum libro ra-
tionum & journali seu libro, in quo indies accepta & ero-
gata habentur, utpote ad quem tanquam originale proto-
collum recurritur: Heeser. *de ration. loc. 7. n. 28. & 29.* &
ibidem allegati: eo enim non confecto in litem contra
eum juratur *l. 4. C. de in lit. jur.*

CAPUT TERTIUM.

§. I.

INter alia quæ specialiter introducta sunt se sistit usu-
capio, quæ est adjectio dominii per continuationem
possessionis, temporis lege definiti. *l. 3. ff. de usurp.
& usucap. pr. l. eod.* Ita tamen ut diem coeptum pro
completo habendum esse velit. *l. 6. 7. ff. tit. cit. l. 15. ff.
de div. temp. præscript.* longe tamen aliter res se habet in
præscriptionibus, ubi de momento in momentum tempus
computatur. *l. 6. ff. de obl. & act. l. 3. C. de præscript. 30.
vel 40. ann. verbis jugi silentio l. fin. C. eod. l. ult. C. de ann.
except.* Carpz. *p. 1. c. 10. d. 8. n. 4.* Differentiam varii va-
riam assignant DD. Gothof. *l. 6. cit. de obl. & act.* illam re-
fert: usucapionem nimir. favorabilem esse, contra, præscri-
ptionem odiosam: per *l. ult. C. de ann. except.*, Ast hanc
non admittit Hahn. ad Wesenb. *tit. de min.* contrarium &
usucapionem odiosam esse contendens; mihi amplecti qui-
dem non lubet sententiam Hahnii, cum *usucapionem* odio-
sam esse non inveniam, eo quod generis humani patro-
nam eam agnoscat Cassiod. *5. var. 37.* & bono publico in-
ductum, odiosum esse non potest *l. 1. ff. tit. cit. de usurp.*
& quamvis odiosum quid ex parte unius videri posset, ta-
men

men salus publica suprema lex erit: ast Gothofredi sententiam quoque non procedere, liquet ex *l. 10. ff. de fund. dot. & l. 3. §. 17. ff. de acqu. vel omitt. poss.* quare etiam distinguendum putat Barthola voce *præscriptio*, inter præscriptionem favorabilem & odiosam; sed & hanc non subsistere puto: mihi enim perplacet distinctio inter præscriptionem, *actionum & rerum*, ita ut in *his* habeatur dies coeptus pro completo; secus in *illis*: differentiam hanc statuens, quod in præscriptione rerum usus requiratur, adeoque potius usucapio dicenda, uti pluribus firmat Hahn. ad Wesenb. *n. 3. de usurp. & usucap.* vid. *l. unic. C. de usuc. transfor.* Illa vero, scilicet actionum, sine usu alicujus progrediatur, tantummodo in sola negligentia se fundans & non usu; momentum enim temporis à lege vel Judice præfixum ad præcludendum attendi debet L. B. de Lyncker *cent. 8. decis. Jen. decis. 709.* sic præscriptio *rerum* est species acquisitionis *actionum* vero exceptionis *l. 3. & 4. C. de except. seu præsc.* Et licet *l. 10. de fund. dot.* aliquos dies adhuc deficientes non computari velit, id tamen (1) specialiter favore dotis introductum arg. *l. 1. ff. sol. matrim.* & (2) de præscriptione rerum agit. Speciale aliud præscriptionis habet *l. fin. C. de serv. & aqua* dum duplicandum esse in servitute discontinua præscribenda statuit tempus; injustum enim Justiniano videbatur, ut, si una tantum die annuatim uti liceret, modo consueto adimatur dominium.

§. II. Denegatam impuberibus testamenti factioem facit cessare *dies* ultimus anni decimi quarti, & quidem coeptus pro completo habendus *l. 5. ff. test. fac. pos.* non tamen veritati congruum est, quod sentit Sutholt. *diff. §. 6.* impuberi licitam esse testamenti factioem si malitia suppleat aetatem aut iudicium eam prævertat, cum expresse id neget *l. fin. C. de test. milit.* duos enim tantum casus re-

perire licet, in quibus Jure Romano veteri ante pubertatem licita erat testamenti factio: *primus* casus erat in Vestalibus Virginibus: *secundus* in Tribunis numerorum, *illis* jam ab anno sexto, *his* demum ab eo, quo ad munus pro-
 vecti erant tempore, eo privilegio gaudentibus Bachov. *vol. 2. disp. 10. th. 3. lit. A.*, Diem vero de essentia testamenti non esse, (quamvis moris fuisse apud veteres diem & Consullem testamento adscribi, notet Gothofredus *ad l. 2. ff. test. quemad. aper.*) eaque de causa sine vitio posse omitti constat; secus tamen hæc se habent in testamento paterno inter liberos in quo annum & diem *N. 107. c. 1.* requirit, confer. Rittershusius *ad Nov. cit. p. 6. c. 2. n. 4. pag. mihi 295.* Carpz. *p. 3. concl. 4. def. 17. n. 8.* plura de die in materia testamentorum Jure Civili non inveniens, transeo ad ea, quæ notat Jus Canonicum: & testamenti factionem Monachis non competere nisi durante Novitiatu, omnibus patet; professione enim legitimè emanatâ, resignata ejus voluntas ad instar filii arrogati censetur, excepto casu, quando ingressus sine condito testamento monasterium, divisionem inter liberos (portione unâ monasterio reservatâ) intentat, non quidem ut dominus, aut per modum testamenti, sed tanquam legitimus ad hoc constitutus dispensator: vid. *Auth. si qua mulier C. de Sacros. Eccles. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 10. n. 32. Causa 19. qu. 3. c. 3.* & licet jure communi, sine dispositione facta ingressus, omnia sua bona in monasterium transtulisse censeatur; *Auth. ingress. C. de Sacros. Eccles. & Auth. nunc autem C. de Epif. & Clericis. LL.* tamen patriis ultra legitimam in pecunia parata extrahendam conferri non posse, cautum est; & quamvis postea pœnituerit, non ultra portionem præfatam assequi poterit, vid. *Stadt Münsirische Policcy-Ordnung tit. von Testament und letzten Willen. s. Und als von Tag zu Tag*

Zagen vermercket worden *cum 2. seqq.* non attento quod Conc. Trid. *Seß. 23. de regul. c. 16.* omnes actus debere esse nullos velit, licet juramentum aut favor ejus cui relictum subsit, nisi fiant (1.) intra sexaginta dies proximos ante professionem (2.) cum licentia Episcopi aut Vicarii & (3.) professio sit subsecuta, tamen id ad testamenti factionem extendi non deberi, rectè monet Engel. *in Coll. Jur. Can. tit. de regul. & trans. ad rel. §. 3. n. 39. in fin.* ratione, quæ in aliis contractibus lucrativis & renuntiationibus militabat, cessante: licet enim juvenilis calor sibi ipsi nocere soleat blanditiis aliorum adhibitis, & Zelus religionis ingressum inspirans has possit trahere consequentias, ut post regressum inopiâ laborare, in paupertate vivere, in anxietate mori contingeret, tamen factio- ne testamenti ad extremum usque spiritum permissa (ambulatoria est enim hominis voluntas) id non permetteret.

§. III. Causâ consideratâ, & effectum considerare conducit; & quidem hæredis institutionem conditionem admittere patet. *ex l. 4. l. 23. §. 1. 27. §. 1. l. 45. ff. de hered. instit. add. 101. tit. de condit. instit. in ff.* Estque juris vulgari; dummodo non sit impossibilis, tunc enim pro non adjectâ habetur. *l. 45. cit.* Aut in diem incertum *l. 50. §. 1. eod. §. 10. l. eod. l. 1. 4. §. 1. l. 6. & 20. in pr. ff. de condit. inst. l. 3. 6 §. 1. de condit. & demonstr. l. 16. de injust. irrit. l. 104. §. 1. de leg. 1. l. 12. de dote preleg.* Utpote quæ pro conditione habetur *l. 75. ff. de condit. & demonstr.* hic dies incertus aut simpliciter talis est, cum non apparet an, nec quando sit exiturus, aut secundum quid, cum tantum incertum an sit exiturus & itidem pro conditione est. *l. 27. pr. qu. dies leg.* Vel tantum quando; & similiter ut conditio se habet, si nimirum in personam tertii sit adscriptus cum possit contingere ut hæres ante existentem in tertio

conditionem moretur *l. 9. C. de hered. inst.* Struv. Jur. Rom. Germ. *lib. 2. tit. 18. §. 3.* ex die vero vel ad diem non recte datur hæreditas, sed diem additum pro non adjecto haberi, vult *§. 9. 1. de hered. instit.* Quamvis vitio sublato temporis, firma maneat hæredis institutio *l. 34. ff. eod.* pro parte enim nemo testatus, pro altera intestatus decedere potest. *l. 7. ff. de reg. jur.* Semel enim hæres non desinit esse hæres *l. 88. in fin. de hered. instit.* exceptionem vide *in l. 6. 13. & 8. de test. milit.* militi enim ad diem & ex die instituere licet. Dies quoque cum conditione cumulari potest. *l. 6. pr. ff. de hered. instit.* Imo tacite hæredis institutioni inesse potest. *l. 9. §. 17. & 18. l. 62. ff. eod. l. 32. ff. de vulg. substit.* Condicio tamen quæ dici est apposita, post diem impleri non potest, conditione retrotracta ad tempus mortis *l. 54. de acquir. vel omitt. hered. l. 39. de test. mil. l. 8. ff. de peric. & commod. rei vend.* Institutus itaque hæres in diem vel certum vel incertum, bonorum possessionem agnoscit, & tanquam hæres hæreditatem distrahere potest *l. 23. pr. de hered. instit.* proinde enim ac curator hæreditatis constitutus habetur *leg. cit.* ibique Gothof. *lit. B.*, quamvis hæreditas adiri non possit, ob conditionem adjectam. Aditio enim jus Domini tribuit, ac pro una eademque persona cum defuncto habetur hæres qui adit *N. 48. in præs.* & quidem à tempore mortis *l. 54. de acq. vel omitt. hered. l. 193. de R. 7.* ad quam adeundam tempus anni de quo. *§. 6.* ei præfixum, intra quod deliberare potest, an sibi conducatur, & in vires hæreditatis inquirere: Lauterb. *in comp. ff. ad tit. de jure delib.* à die scientiæ primi hæredis *l. 19. C. eod.* nisi nemo urgeat Lauterb. *loc. cit.* lapso itaque tempore declarata quamvis necdum voluntate, urgentibus creditoribus in totum tenebitur, & proinde ac si adiiisset, habebitur *l. fin. §. 14. loc. cit. hæreditas*

ditas vero semel repudiata amplius peti non potest, nisi sit minor, utpote cui ad ultimum usque momentum majorrennitatis lux currit restitutionis beneficium *l. 3. §. 3. ff. de min. l. 7. §. 10. & 11. eod. leg. fin. C. de bonis qualib. §. 1. in fin.* Jure Prætorio quoque bonorum possessionem perere tenentur filii, filiæve intra annum; extranei intra centesimum diem *§. 4. l. de bon. poss. rationem differentia vid. in l. 1. §. 12. de success. Edict.* Dies hos esse utiles, tam ratione initii quam cursus, innuit *§. 6. l. de bon. pos. l. 2. C. qui ad bon. poss. adm. vid. Hopp. ad inst. d. §. 6. pag. 567.*

§. IV. Legata testamento relicta præstanda sunt per hæredem, *§. 1. l. de leg. admittunt autem ea non tantum conditionem l. 6. de leg. 1. l. 1. & tot. tit. de condit. & demonstr.* Sed & diem, tam certum, quam incertum *l. 1. ff. de condit. & demonstr.* Certum, ut solvi possit; cum diem extitutum certum sit, *l. 137. §. 2. ff. de verb. oblig.* imo etiam à certo die seu tempore relinquuntur v. g. si postquam nupserit Titio, libertatem dederit *l. 39. quando dies leg. vel fid. cedat. l. 43. §. 3. ff. de leg. 2. l. 18. §. 2. de ff. alim. & cib. rel. & ad certum tempus, vel diem leg. 14. ff. de alim. & cib. leg. l. 35. & 37. de usu & usus. leg. l. 20. ff. quando dies leg. 1. fid.* Ast cum hæc dubio careant, hinc dispiciendum quando dies cedere vel venire dicatur, & primo quid sit *cedere diem & venire?* Cedere diem significat incipere deberi pecuniam, aut aliud in obligationem deductum. *Venire diem,* significat diem venisse illum, quo pecunia peti potest. ait *l. 213. ff. de verb. signif.* Ita ut discussio nobis obligationem efficacem producat. *Venire vero nobis actionem seu exactionem ad præstandum, quod in obligationem deductum, tribuat. l. 8. & 9. ff. ut in possess. leg. vel fidei serv. caus.* quories igitur legatum pure, vel sub die certo relictum, tories statim à die testatoris dies legati cedit,

cedit. *l. un. §. 5. C. de cad. tollend.* ex eo enim incipit deberi, vivo enim testatore dies cedere nunquam potest, *l. 14. ff. quando dies leg. vel Fid. ced.*, nec cedere potest, legatario cum testatore simul defuncto, arg. *l. 17. ff. de reb. dub.* multò minùs si ante testatorem decesserit *l. un. §. 2. C. de cad. toll.* solo Principe excepto *l. 56. ff. de leg. 2.* non verò Augusta *l. seq. 57.* secus si sub conditione aut die incerto legatum sit, tunc enim demum eventu conditionis aut diei cedere dicitur *l. 5. §. 2. ff. quando dies leg. vel fid. ced. l. un. §. 7. C. de cad. toll.* Ita ut pendente conditione legatario mortuo vel fideicommissario, legatum vel fideicommissum extinctum sit *l. 31. l. 59. pr. ff. de condit. & demonstr. adeoque non transmissibile l. un. §. 7. C. de cad. toll.* vid. Nicolaus Noalis *de transf. fidei vel leg. casu 1. n. 2.* quamvis certum sit eam extitutam *l. 13. quand. dies leg. vel fid.* conditio enim naturaliter purificata esse debet Menoch. *de præsumptionibus lib. 4. pras. 201. n. 75.*, nisi adfit favor libertatis, & conditio sit casualis vid. *l. 6. C. de serv. neces. hered. inst. l. fin. C. de condit. inf. l. 94. de cond. & dem.* reliquos ubi fallit, casus habet Nicolaus de Noalis *loc. supra cit. n. 175.*

§. V. Vidimus ea quæ ad *cessionem diei* in legatis pertinent; superest ut consideremus quando dies in iis *veniat*. Licet enim ut §. præcedenti monuimus à morte testatoris statim *cedat* dies in legato puro, uti & in iis quorum dies ante hæreditatis aditionem extitit, tamen illico non *venit* dies, moram enim facit petitioni, nondum facta aditio *l. 7. ff. quam dies leg. vel fideicom. ced.* quamvis eo casu, quo annua legata relicta sunt si demum post multos annos hæreditas adeatur præcedentium quoque ratio habeatur *l. 12. §. 4. cit. tir.* quod & ad cibaria extenditur *l. 27. §. 1. eod.* imo legato *in diem* relicto, tanto plus

plus legatario liberum est petere, quantum interea ex fructibus & usuris lucratus est hæres *l. 73. §. 4. ff. ad L. Falcid.* Non enim ante conditionem aut diem naturaliter purificatam (ut loquuntur) *diem venisse*, dici potest. *l. 49. ff. de Leg. 1.* quando vero & ante diem petere & agere liceat, docet *l. 50. ff. ad Sct. Trebell.* & *l. 77. §. 15. de Leg. 2.* sed omnia hæc prolixè exsequi, quæ de *die* in legatis atque fideicommissis dici possunt, id nec hæc pagellæ, nec termini specimini huic publico præscripti, permittunt; proinde pedem referens, unicum illud adjiciam, quod ad rem præsentem facere videtur: An nimir. conflictus inter *l. 48. ff. de condit. & demonstr.* & *l. 74. §. 1. in f. ad Sct. Trebell.* non commode conciliari possit? Scilicet: Legatum relictum, si ad ætatis XVI. annum pervenisset, non nisi XVI. completo deberi judicavit Imper. Antoninus in cit. *l. 48.* cui decisioni etiam conformis est *l. 49. pr. de Legat. 1.* Sed Imperatorem Caracallam in contrariam ivisse sententiam, & initium temporis s. anni à testatore definiti respexisse, testis est JCrus in cit. *l. 74. §. 1. in f.* ubi Imperator laudatus fideicommissum ita relictum, cum ad XX. annum pervenisset, pronunciat deberi statim atque Testatoris filius Antoninus ingressus fuerit annum XX. adeoque filiam ejus non esse excludendam. Wissenbachius *part. 11. disp. 1. rh. 18.* postquam optimo jure Roberti atque Busii manus medicas ad hunc nodum rejecisset, ipse de omni conciliatione desperans antinomiam apertam inter duas has LL. statuit, ex varietate Imperatorum ortam, & Cujacium, Bronchorst: atque Tulden. sibi consentientes allegat. Sed quid si dicamus diversos in diversis his legibus fuisse casus, ad quos decisiones Imperatoriæ emissæ fuerint? probatu certe id non adeo difficile mihi videtur. In decisione enim relata in *l. 74. §. 1.* Imperatorem ob egestatem ad misericordiam

E

fuisse

fuisse permotum, verba paulo præcedentia. *Tutores filia* (sc. illius ante XX. annum completum defuncti Antonini) *egestatem prætendebant*, fatis indicant: & æquitati plane repugnasset, quam Imperator fatetur disertis verbis præ oculis habuisse, eaque motum fuisse, filiam privari bonis patris atque avi, eaque Amitæ assignari: præsertim cum in fideicommissis semper tacita conditio subintelligatur, *si sine liberis decesserit. l. 8. C. de Revoc. donat. l. 101 ff. de Condit. & Demonstr. l. 30. C. de Fideic. l. 6. C. de Instir. & Substit. videatur Colleg. Jur. Argent. ad Scit. Trebell. th. 9. n. 3.* Tales verò circumstantias ignorat cit. *l. 48. ff. de Condit. & demonstr. unâ cum l. 49. ff. de Legat. 1. proinde, cum secundum vulgatum id axioma, minima circumstantia variet rem & Jus, vid. Struy. in Jurispr. R. Germ. lib. 1. tit. 1. §. pen. non mirandum videri debet, si alia sequatur juris dispositio. Regulam itaque formandam esse putem ex cit. *ll. 48. & 49. exceptionem vero, ex cit. l. 74. §. 1. nisi sc. æquitatis ratio aliud suadeat. arg. l. 8. C. de Judic.**

§. VI. Ordo nos jam ducit ad hereditatis aditionem, quam ob latentia forte debita, aliosve ob casus hæres aliquando differt, aliquando vero plane recusat: & hoc quidem ultimo casu expediti juris est, quod legata corruant, iisque legatarii carere debeant, etiam jure novo. Lauterb. *in Comp. ff. Tit. de injust. irrit. rupt. &c. pag. m. 531. ibique cit. Carpzov. p. 3. c. 2. def. 21. n. 2.* Ab aditione enim omnia pendet: *l. 1. in f. ff. d. t. l. 9. ff. de Testam. tut.* Adeunda autem est hereditas delata, vel repudianda intra annum, ntpote qui ad deliberandum à jure est concessus. *l. 19. C. de Jur. delib.* Herede inter deliberandum defuncto reliquum, quod superest, tempus ejus heredibus conceditur: peti quoque potest ulterior illius temporis prorogatio atque dilatio: *l. 1. §. 1. ff. eod. cujus dilationis tempus, prout ex cit.*

cit. l. 1. juncta l. 9. C. cod. patet, antea arbitrium erat, postea tamen, quousque illud arbitrium excurrere possit, in l. f. §. 13. C. cod. restrictum videtur: ita ut Magistratus non nisi ultra IX. menses concedere possit, adeoque, qui longiorem moram desiderat, Principis oraculum adire, & abs Imperiali culmine *annum* impetrare debeat. cit. l. f. §. 13. vid. Wissenb. part. 1. disp. 57. th. 15. Minus tamen C. dierum ne quidem à judice dari oportet l. 2. ff. cod. Statuto Episcopatus Monasteriensis terminus ille annalis coarctatus, & IV. tantum menses ad deliberandum heredi sunt præfixi, intra quos aut adire, aut hereditatem repudiare tenetur: & nisi alterutrum eligat, hereditas redigitur ad causam intestati. *Münsterische Policey-Ord. tit. von denen Testamenten.* §. Ober das so wollen; *verbis: Es seye dann / daß Er außlandig wäre:* quo casu annus conceditur. Ut autem statum & vires hereditatis scire queat, concedenda ipsi sunt instrumenta l. 5. pr. ff. de jur. delib. sed cum nec hisce heredi satis prospectum esse possit, quia ne quidem ignorantia debitorum & æris alieni post tempus deliberationis eum excusare aut securum præstare potest. l. 10. C. cod. Hinc pinguius remedium sc. *Inventarii* introductum §. 5. I. de hered. qual. & differ. l. f. C. de jur. delib. & quidem inchoandum à die scientiæ intra XXX. dies d. l. f. §. 2. & demum intra 3. menses absolvendum: nisi res in locis remotioribus sint sitæ: §. 3. I. cit. f. quo inventario omisso etiam ultra vires hereditarias tenebitur. d. l. f. §. 13. & 14. Hinc adeundus est Prætor, & inspectio tabularum petenda, tempore secundum locorum angustias ab eo constituto l. 2. §. 7. ff. quemadm. testam. aper. licet Prætor, ne quid falsi fabricetur, diem & Consullem describi non patiatur cit. l. §. 6. Legibus Patriis porrò testamentum est exhibendum intra dies quatuordecim, & quidem

dem sub poena amissionis eorum , quæ supprimenti aut cessanti in eo relicta , statimque publicandum citatis testibus Testamentariis. Vid. Münster. Pol. Ordn. cit. tit. 8. Da aber Jemand & §. Ferner wollen wir. Et in testamento executores constituti id intra annum exequi coguntur , dummodo à Magistratu moniti. Nov. 1. Cap. 1. §. 1. Auth. hoc amplius C. de Fideicomm. cap. 3. X. de Testament. Conf. Münster. Pol. Ord. l. cit. §. Weithers so wollen wir daß diejenige so in testamento Executores &c. Speciale habet Nov. 115. cap. 5. heredem ante nonum diem conveniri non posse , cujus ratio ex Antiquitatibus Romanis forsan petenda erit : septem enim diebus cadaver domi asservabatur , frequentantibus quotidie ad luctum agnatis , cognatis , vicinis & amicis : octavà die indicbatur funus præconis ope in urbe verbis illis solennibus : EXEQUIAS TITO SEJO QUIBUS EST COMMODUM IRE JAM TEMPUS EST , OLLUS EX ÆDIBUS EFFERTUR. Proximo , i. e. nono die indebant cineres urnæ , postquam cadaver combustum esset , ossa vino lavabant , & cineribus addebant. Conf. De variis aperturæ testamentorum temporibus Stryck. Vfs. Mod. lib. 19. tit. 3. §. 3.

CAPUT QUARTUM.

§. I.

AD materiam *contractuum* dum pervenimus , examinaturi quæ jura circa *diem* in iis obtinent , possemus quidem acquiescere in generali illa regula : quod omnes contractus *diem* recipiant pro arbitrio & conventionem contrahentium , quippe quæ legem

legem dat. l. 1. §. 6. ff. *depos.* Nisi specialius quædam per-
 lultrare animus esset, tales quippe, in quibus id utpluri-
 mum fieri solet. *Stipulatio* ex illorum numero est, & fa-
 miliam ducit, contractus, uti notum est, *verbalis*, & à
 mero jure civili originem suam trahens. Schneidwin *ad* §.
 1. de *7. N. G. & C.* illa vel pura est, vel *in diem*, vel *ad*
diem: §. 2. I. de *verb. obl.* purâ in itâ stipulatione, statim
 & dies cessit & venit, adeoque statim quoque peti potest.
 l. 213. ff. de *Verb. Sign.* & §. 2. I. d. 1. In omni enim non
 tantum stipulatione, sed & quovis contractu, cui dies non
 est adjecta, venit dies, quo contractus est perfectus, adeo-
 que præsentè die debetur. l. 14. ff. de *R. Jur.* l. 41. §. f. de
Verb. obl. Quamvis autem *stricto jure*, die civiliter compu-
 tato, completo, ad solutionem compelli possit creditor l.
 118. §. 1. ff. de *Verb. obl.* (dummodo tantum temporis spa-
 tium adfit, quo traditio fieri possit. arg. §. f. I. de *inutil.*
stip. quod semper tacite inest, cum ridiculum sit, id quod
 ex. gr. Romæ stipulatum, statim Parisiis peti posse.) *Hu-*
manitatis tamen gratia introductum est, ut executio pa-
 rum differatur, & creditor statim cum sacco adesse non
 debeat l. 105. ff. de *solut. & liber.* quod spatium tamen non
 præcisè ad *decendum* restringendum aut extendendum erit,
 prout nonnulli ex l. 21. ff. de *pecun. const.* colligere volunt,
 sed hoc judicis arbitrio unice relinquendum esse existima-
 verim. Stipulatio *in diem* facta non exigì potest, ante-
 quam dies venit, sed dies est expectandus §. *supr. cit.* 2.
 & l. 8. l. 42. ff. de *Verb. obl.* Conf. supra de *Legatis cap.* 3.
 §. 3. & 4. Stipulatio tacite quoque diem includit: v. c. si
 in certo loco dare aut facere promissum. Non enim prius
 datur exactio quam eo die, quo illuc pervenire potuisset
 §. V. I. d. 1. l. 137. §. 2. l. 41. §. 1. de *Verb. obl.* add. tit. de *eo*
quod cert. loc. dar. oport. Si stipulatio in diem certum qui-
 dem,

dem, sed incertum quando sit exiturus, concepta est: v. gr. *pridie cum morieris decem dabis?* valida erit §. 12. I. de inutil. stip. l. 11. C. de contrah. stip. nisi usufructus aut dos uxoris suæ post mortem suam in stipulationem deducta sit. l. 5. ff. de us. & usufr. leg. l. 20. ff. de jur. dot. Stipulationem ad diem quod attinet, ex. gr. si dictum, *willsttu mir diser Tage 100. Rthl. entrichten:* de duobus hoc intelligendum esse, disertis verbis innuit l. 217. §. 1. de Verb. sign. post quos satisfacere tenetur. Quod in diem incertum, veluti *eo die quo navis ex Asia redierit*, promissum est, tantum abest, ut ante navis appulsus peti possit, ut ne quidem recte antea solvatur: l. 38. §. 16. de Verb. obl. cum hæc solutio conditioni indebiti locum faciat, l. 48. l. 54. ff. de Cond. indeb. Notandum quoque, quod regulariter dies in favorem debitoris additus censerī debeat, cum vulgare sit axioma juris in dubio semper in favorem Rei pronuntian- dum esse; per l. 47. ff. de oblig. & act. nisi aliter expresse actum, aut dies sit adjectus, ut præsens obligatio ostendatur. Schneidw. ad §. cit. l. n. 9. In fidejussione, per stipulationem quoque olim iniri solita, adhuc observandum, quod fidejussori ad certum diem constituto non noceat prorogatio principali debitori facta, sed quod ille post temporis effluxum ab obligatione liberetur, per l. 7. C. locat. cond. l. 13. §. 11. ff. eod. Exemplum videre licet apud Gail. l. 1. obs. 30. n. 12.

§. II. *Litterarum* obligationes quod attinet, notum est, quod exceptio non num. pecuniæ concedatur, & quidem intra *biennium* à die confecti instrumenti computandum: & licet hoc in foris Germaniæ non obtinere dicat Schilter *Exerc. 22. §. 9. &c.* quia illa exceptio in Jure Germanico non reperitur: id tamen falsum esse, quotidiana judiciorum praxis testatur; præsertim cum illa æquitas, quæ olim hanc

hanc exceptionem introduxit, & hodie adhuc militare videatur: ita sc. ut præsumtio sit contra creditores, *tum* propter avaritiam eorum, *tum* propter indigentiam debitorum. Creditor enim, qui pecuniam in potestate habet non præsumitur, nec etiam solet ante solvere, nisi prius cautio scribatur, eique in manus tradatur: & debitor indigentia pecuniæ coactus, facile quasvis avari creditoris condiciones admittit, & ab eo desideratam cautionem ante numerationem emittit. Hæc itaque præsumtio debitorum, qui spe securæ numerationis chirographum scripsit, à difficillima *negativa* (vid. l. 10. C. de non num. pec.) probatione liberat, quam aliàs, utpote excipiens, juxta l. 19. ff. de probar. l. 1. ff. de Except. suscipere debuisset. Effluxo itaque ultimo hujus biennii die, privilegiata hæc exceptio *Non numer. pecunie*, pristinam suam reassumit naturam, i. e. si à debitore allegetur, ab eo probanda est; prout communiter DD. id placet. Vid. Schneidw. ad Tit. Instit. de Liter. oblig. Lauterb. in Comp. ff. ad tit. de Reb. cred. pag. m. 182. lit. E. Coccejus in Jur. Controv. ad eund. Tit. quest. 29. Dissidentibus licet aliis, inque iis, *Nebelkræ. decis. 22.* Et quia in extradendis *Apochis* etiam obringere potest, ut vel fraude accipientis eam, vel incuriâ atque negligentia extradentis *hic* decipiatur aut circumveniatur, hinc & his rebus atque malis Jura medelam tulerunt in l. 14. §. 2. C. de non num. pecun. dando nimirum læso exceptionem intra XXX. dies proponendam: ita ut ille qui iis effluxis probare velit, sibi nihil aut minus solutum esse, non admittatur. Vid. Brunnem. ad cir. l. 14. ubi tamen exceptionem tradit in debitore principali, qui actione pulsatur à suo fidejussore, proferente creditoris apocham, sibi satisfactum esse: hoc quippe casu debitorem etiam post XXX. dies audiendum esse, si probare velit creditorem debitori remisisse

remisſiſſe debitum animo donandi: hoc enim caſu fidejuſſori nihil aberit, & proinde aſtione mandati non gaudebit. *l. 12. ff. mandati.*

§. III. In contractuum conſenſualium numero *emtionem venditionem* eſſe nemo dubitat; & hanc quoque nec *diem* tanquam terminum *ad quem*, nec *à quo* reſpuere, teſtis eſt Lauterbach *in Comp. Tit. de contrab. emt. pag. m. 330.* Evidentiſſimum hoc eſſe ſolet in pactis quæ quandoque adſicere conſuetudinis eſt. Sic in pacto de retrovendendo conveniri ſolet, ut emtor rem emtam venditori pretium reſtituenti, *vel* quancuncque illi placuerit, *vel* intra certum tempus, *vel* ex certo tempore iterum vendat atque reſtituat *l. 2. C. de pact. int. emt. & vend. l. 12. ff. de præſcr. verb.* ſi vero pactum illud nullis incluſum ſit temporum atque dierum cancellis, mirifice DD. inter ſe concertant, quouſque facultas redimendi venditori ſalva ſit? Quidam eandem eſſe in præſcriptibilem ajunt, cum in genere actum meræ facultatis præſcriptioni non ſint obnoxii *l. 2. ff. de via publ.* quorſum etiam referunt facultatem redimendi Gail. *l. 2. obſ. 18.* Berlich. *part. 2. concl. 2. n. 82.* it. Fachinæus, Zoannettus, Cacheranus, Carpzovius citati ap. Stryck. *uſ. m. lib. 18. tit. 1. §. 43.* & ſecundum hanc ſententiam aliquoties judicatum eſſe, reſert Mynſing. *cent. 1. obſ. 16.* Alii è contra non deſunt, qui jus redimendi hoc caſu tantum ſalvum eſſe ad XXX. annos contendunt, quod venditor interim aſtione personali agere debeat, quæ ultra XXX. annos non durat, cum hoc tempus in jure pro perpetuo habeatur, adeoque licet dictum ſit, *perpetuo* jus hoc venditori ſalvum eſſe debere, tamen hoc intelligendum eſſe civiliter. Faber *in C. lib. 7. tit. 13. def. 3. alii- que* quos allegant Zoannettus & Berlichius *locis cit.* Nobis in tantis DD. fluctibus probabiliffimum & æquitati convenienciſſimum

nientissimum videtur cum Strykio *cit. l. distinguere*, an in lege conventionis simpliciter dicatur: *Es verkauft Titius an Mevium sein Haus widerkäuflich vor 2000. Rthl. & tunc quia nihil determinatur sed simpliciter res venditur sub pacto retrovenditionis, admitti posse intra 30. annos hoc jus exercendum esse, cum huic termino actio personalis, quæ eo nomine instituenda, inclusa sit: an vero prægnantes clausulæ sint adjectæ: veluti über kurz/ oder lang: num und zu ewigen Zeiten x. x.* Quibus clausulis facultas reluendi perpetua alicui indulgetur, & consequenter præscriptioni tricennali renunciatum censetur. In *addictionibus in diem* adeo nullum est dubium, quin certi dies adjici possint & debeant, ut vel hoc ex ipsa denominatione evinci queat: utque illa etiam *tacite* diem admittat: prout exemplum est in *l. 21. §. f. ff. ad Municip. & de Incol.* omisso enim illo termino tempus *XX. dierum* inesse videtur. arg. *Auth. hoc jus porrectum. C. de SSCt. Eccles. Nov. 120. c. 6. §. 2. Gothofr. ad l. 4. C. de fid. & jur. hast. & c. lib. X. tit. 3.* Si adjectio itaque pure & sub conditione resolutive facta sit, dominium statim, quando contractus perfectus, transfertur. *l. 2. §. 4. pro emt.* (secus si sub conditione suspensiva, utpote qua pendente, emtio quoque adhuc imperfecta est *l. 7. pr. ff. de contr. emt.*) nec se ab in commodis liberare potest emtor, antequam melior conditio allata fuerit *l. 4. §. 4. ff. de Addict. in diem. l. 11. §. 10. quod vi aut cl. ipsique res perit: l. 2. §. f. de in diem addict.* Conditione vero meliore allata, statim emtio tanquam nunquam inita habetur *Lauterb. tit. de contr. emt. pag. m. 330.* Legem *Commissoriam* quod attinet, illa diem, intra quem pretium solvendum, præfigit, aut cum fructibus rem restitui jubet *l. 5. §. 1. & l. 6. ff. de L. Commiss.* adeoque ut locum habeat requiritur ut dies præfinitus sit elapsus, &

F intra

intra ejus lapsum pretium universum non solverit emtor
arg. l. 85. §. 6. de Verb. obl. Non tamen opus erit interpel-
latione à venditore præmissâ, cum dies hic pro homine
interpelleret l. 12. C. de contrah. stip. quod si vero nullus dies
sit adjectus, sed pactum hoc indefinite conceptum sit,
quod utique fieri potest arg. l. 3. ff. de contr. emt. l. 41. ff. de
Rei vind. tunc interpellatione expressâ opus erit Zœf. ad
ff. h. t. n. 7. Brunnem. ad l. 4. eod. n. 4. nam antea mora
non contrahitur l. 32. ff. de Usur. l. 23. ff. de Verb. obl. quam-
vis hîc litis contestationem desideret Colleg. Jur. Argen-
tor. d. l. th. 6. cùm stipulatio indefinita per litis contesta-
tionem demum committatur l. 48. l. 122. §. 2. ff. de Verb. obl.
l. 17. ff. de Const. pec. hodie tamen sola citatio sufficere vi-
detur. arg. l. 2. C. de annal. except.

§. IV. In *Locatione conductiōne* nihil frequentius est,
quam ut fieri soleat ad certum *diem* vel tempus, quo ef-
fluxo & eandem exspirare apud omnes in confesso est:
interim, quando nullus dies finiendæ locationi præfixus,
sed illa in perpetuum facta est, nec hoc casu locatio esse
desinit, quia temporis qualiscunque adjectio non alterat
ipsam contractus naturam. l. 8. ff. Mandat. l. 4. de Usur. l. 39.
Locat. Struv. Ex. 24. th. 7. Brunnem. ad l. f. ff. si ager ve-
tig. pet. n. 6. & ad l. 9. C. Locat. Licet DD. communi-
ter dissentiant, ex ratione, quod locatio ad longum tem-
pus sit species alienationis. vid. Berlich. p. 2. Concl. 46. n.
25. & tribuat utile dominium: Hahn. ad Wcf. rir. Locat.
n. 8. qui tamen illos dissentientes solide refutat. Imo pro
locatione tam diu stare solet præsumtio, quam diu alter
jus suum, quod prætendit, reale, non probaverit, etsi ali-
cujus majores continua successione istum, v. gr. fundum
pro simili & uniformi pensione à 50. & pluribus annis ha-
buerunt: nisi ex consuetudine provinciæ aliter sit rece-
ptum.

ptum. *Mev. part. 1. dec. 143. conf. part. 3. dec. 238. 239.* Notandum porro, quod si nullum tempus locationi fuerit præfinitum, illud arbitrio locatoris videri esse relictum. *l. 4. ff. Locat. Mynsing. Resp. Jur. decad. 4. R. 38. n. 14. pag. m. 357.* *Relocationem tacitam* quod attinet, quærent DD. quando illa suum capiat initium? Et quamvis nonnulli requirant, ut conductor aliquo tempore, & quidem *non modico* permanferit v. gr. in ædibus, sese fundantes in *l. 13. §. 11. l. 14. ff. & l. 16. C. Locat.* hæc tamen opinio mihi non videtur probabilis, sed econtrario crediderim, *vel relocationem* statim post completum diem ultimum prioris locationis incipere; Leges enim citatæ tantum abest, ut contrariam sententiam firment, ut potius nostra inde liquido ostendi possit; *vel saltem ad aliquot dierum spatium* hoc tempus restringendum & iudicis arbitrio illud relinquendum esse; quo etiam inclinare videtur Stryck. *in us. m. Tit. Locat. Cond. §. 98.* *Mandatum* porro expirare die præfixo & negotio peracto, patet etiam juris cunabula salutaribus: & *societatem* etiam ad tempus & certum diem contrahi posse, eoque elapso finiri, clarum est ex *l. 1. ff. pro soc. & Vitriario ad Inst. tit. de societ. §. 3.*

§. V. Obligaciones tolluntur atque dissolvuntur per præstationem ejus quod debetur, seu *solutionem*. De hac norandum, quod ante præfinitum diem, debitum non possit exigi. Struv. *Ex. IX. th. 63. n. 2.* nisi (I.) sit debitum fiscale, quippe quod etiam ante diem peti posse putat Gail. *l. 1. obs. 20. n. 7.* per *l. 1. C. de condict. ex Leg. & Wissenbach ad l. 186. de Reg. Jur. n. 2.* (II.) nisi usuræ non fuerint solutæ annuæ, si v. gr. convenerit, ut fors anno quarto solvatur, & interim singulis annis usuræ præstentur: arg. *l. 57. ff. de pact. Schutz. de oblat. & obsignat. pec. cap. 4. n. 25.* (III.) nisi debitor dilapidet bona; aut (IV.)

de fuga sit suspectus: vid. Struv. *Ex. 47. th. 75.* Alia verò est quæstio, an quod *certo die* debetur, statim, vel ante diem solvi possit invito creditori? quod cum communi DD. schola affirmamus. (1.) Quia in *l. 70. ff. de solut. & in l. 38. §. 16. ff. de V. Obl.* dicitur, *statim* dari posse, nec distinguitur inter creditorem volentem & invitum. (2.) Quia *dies* in dubio censetur adjici in gratiam debitoris. *l. 17. de Reg. Jur.* cui renunciare itaque is potest. arg. *l. pen. C. de pact.* (3.) quod totum medium tempus promissori liberum relinquatur ad solvendum *d. l. 38. §. 16. & l. 70.* Dissentiunt quidem Cujacius 23. *Obs. 23.* & Ferretus; sed illorum argumenta, quæque prædictis aliàs contrariari videntur, sub incudem revocavit Giphani. *ad d. l. 38. n. 62. & c. De Verb. obl.* Exceptio tamen est (a) ubi dies adjectus in favorem creditoris, ut in casu *l. 122. ff. de Verb. obl. & l. 43. §. 3. de Leg. 2.* cujus rei exemplum, teste Wissenbach. *ad l. 17. ff. de R. Jur. n. 2.* Accursus etiam tradidit in primitiis agnorum, quas si *nono die* offerri oporteat, dies ille adjectus videtur favore accipientis, ut sc. tantisper alantur ab ubere matris. (b) Si convenerit, ut denunciatio justo tempore fiat, *die Looskündigung* vid. Richter *p. 2. Dec. 73. n. 8.* Berlich. *p. 1. Dec. 154.* (c) Si debitor vellet solvere in moneta mox devalvanda, *die auf dem Sprung stehet.* vid. Carpzov. *lib. V. Respons. tit. 2. Resp. 6.* Id quoque proluxa probatione non eget, quod solutio semper die præfixa facienda sit, nisi in mora constitui debitor & ad usuras adstringi velit. *l. 12. C. de contrab. stip.* Dies enim adjectus interpellat & hîc pro homine. *l. 9. §. 1. de Usur. l. f. ff. de Naut. fen.* De *Acceptilatione*, ceu imaginaria quadam solutione, jura Civilia quidem statuunt, quod illa stipulatione celebrari possit, sed verbis in præsens, non in futurum, vel *diem* vel conditionem conceptis. *l. 4. l. 5. ff. de*

de *Acceptil.* Illas tamen scrupulositates hodie non amplius obtinere, tradit Stryck. *cf. M. tit. de Acceptil. §. 1.*

§. VI. *Scripturam ad essentialia nullius actus regulariter pertinere, evidens est ex l. 17. C. de pact. Nov. 73. cap. 8.* quia ad probationem fieri solet, non ad contractus substantiam *l. 4. ff. de pignor.* nisi lex, vel quod idem est, pactum eam specialiter requirat: prout exempla sunt in *Auth. offeratur C. de lit. contest. l. un. §. 1. C. de contr. jud. §. 1. l. de nupt. Nov. 7. sub fin. yb. Anastasius.* Illa instrumenta autem sunt nullius roboris aut momenti, nisi iis insertus sit *dies & annus*: prout hoc patet ex *Nov. 47. cap. 1.* idem expresse est cautum in *Ordin. Imperii de ann. 1512.* Von denen Notarien §. 3. und nachdem *ic. in verbis*: *Darnach Monat/ Tag/ Stund und Mählstadt/ & denique §. 14.* occurrit hæc prohibitio: *Die Notarien sollen noch das wissen haben/das Sie nicht bey Nacht/dann allein auß Ehehafften Nothsachen/ oder auch sich nicht heimlich bitten lassen Instrument zu machen/ diereuil solches nicht ohne verdecktigkeit kan geschehen.* Aliud est in *scriptura privata*, quæ contra scribentem quoque probat, si fuerit ab eo pro sua manu agnita: *l. 24. §. 2. ff. de pos. l. 34. §. 1. de pignor. & hypoth.* etiamsi *dies non sit appositus LL. cit.* sibi enim id imputare debet, quod omiserit, cum in ipsius arbitrio fuit clarius & apertius omnia perscribere. *arg. l. 39. ff. de pact. l. 21. l. 34. ff. de contr. emt.* quod Nicolaus de *Passeribus tr. de Scriptur. privat. lib. 1. quest. 3. n. 4.* ampliandum censet, etiamsi ipsamet *scriptura diem expolceret: ubi & diem in privata scriptura non de necessitate esse prolixè probat; expressis verbis id quoque asserente cit. l. 34. §. 1. ff. de pignor.* Hoc tamen secus se habet in *causis quibus de prioritate temporis controvertitur. l. 11. ff. qui pot. in pign. Gothofr. ad cit. l. 34. lit. b.* aut tertii præjudicium

judicium in hoc versetur; aut agatur de tempore, aut quæstio sit de ætate filii probanda. Sed quia ad finem prope-
randum mihi est, cupidos aliorum casuum, qui diem in scri-
ptura privata exigunt, remitto ad Illustr. Cardin. Tusch.
Concl. 81. lit. S. & cit. Nicol. de Passer. *cit. l.* Restant libri
mercatorum, quibus ex consuetudine fides semiplena ha-
betur, Lauterb. *ad tit. de fid. Instrum. pag. m. 461.* Gail.
lib. 2. obs. 20. n. 3. uti & Campforum publicorum. Card.
Tusch. *Conclus. 77. n. 3. lit. S.* His, nisi dies & annus ad-
ditus fuerit, utpote qui ad essentialia eorum pertinent,
omni legitima vi probandi destituuntur, prout tradit Ni-
col. de Passer. *cit. tr. lib. 4. tit. de Libris mercat. n. 76. pag.*
m. 784. conf. Hahn. *ad Wesf. tit. de fid. instrum. not. VI. ad*
ÿba. Si tamen in rationibus expensarum &c. Sine illis enim
redduntur implicitæ rationes, prout id late persequitur
Munoz de Escobar *de Ratiocin. cap. 11. 12. 13.* quod & ad
libros Pastorales recte extenditur atque applicatur.

§. VII. Vulneratæ per judicem causæ remedium Ap-
pellationis superest: ut vero illa valida sit, legitima requi-
ritur interpositio, & quidem intra X. dies. *Nov. 23. cap. 1.*
tempus continuum cursu: *l. 1. C. de ferris.* Gail. *1. obs. 39. n. 5.*
utile ratione initii: *l. 1. §. 7. ff. quando appell.* vid. Lauterb.
h. 1. currens à die scientiæ: Nov. 23. cap. 1. §. 5. ita tamen, ut
adhuc ultimo momento interponi possit. Lauterb. *loc. cit.*
Idem præfigitur tempus nostris statutis vid. *Genheim Landt-
gerichts Ordn. tit. 30. §. Doch dergestalt.* Perendi porro
sunt Apostoli intra XXX. dies à die scientiæ *l. 24. C. de*
Appell. cap. 6. X. eod. in 6. & nec hoc in nostris judiciis est
mutatum vid. *loc. cit.* §. Und welcher. Sequitur reprodu-
ctio impetratæ appellationis legitima, quæ diversi fuit
temporis, prout id docet *l. fin. ff. de Appell. & 2. 1. C. de*
temp. appell. In Camera Imper. Judex ita determinare de-
bet,

bet, ut spatium VI. mensium non excedat. Ord. Cam. part. 2. tit. 30. in pr. vid. Rhodig. in ff. Camer. lib. 1. tit. 28. n. 3. tempore à iudice non determinato; idem fatale hoc VI. mensium intelligitur. d. Ord. Cam. l. c. quod cum moribus & Ordinationibus Patriæ meæ quoque congruit, quoad causas extra territorium devolvendas, secus si ad iudicium aliud superius Diæceseos appellatur vid. Gemein Münsterisch. Landts Ordn. tit. 30. §. Und welchem: ita ut si intra id tempus reproductio non facta fuerit, executionem impedire aut suspendere non queat appellans. §. In fall. loc. cit. prorogari tamen posse hoc tempus, dummodo intra currentem adhuc terminum legitime petatur, vult Ordin. Cam. loc. cit. Gail. 1. obs. 140. quo non impetrato, deserta habetur. Gail. 1. obs. 137. n. 3. & termino in diem feriatum incidente, sequens audientia præfixa censetur: l. 1. §. 2. C. de annal. except. Gail. cit. obs. 140. n. 5.

§. VIII. Materiæ hujus filum me jam eo quidem deduxit, ut & examinandum mihi sit; quomodo dies in Criminalibus consideretur, & quæ in iis circa diem observanda veniant, sed quia ad finem mihi properandum est, ea curatius evolvere tempus non permittit: id tantum monere contentus, quod quamvis libello Criminali regulariter dies & hora non sit alleganda atque nominanda. l. 3. ff. de Accus. Reo tamen, ex circumstantiis temporis, quo delictum perpetratum dicitur, defensionem suam parare, & probare volenti, se eo tempore abfuisse, dies edi debeat. Carpzov. præct. Crim. quest. 106. n. 35. eamque sententiam communem agnoscit Gail. lib. 1. Obs. 64. n. 3. conf. Ludovici Einl. zum Crim. Process cap. IV. §. 6. in f. conf. cap. 1. §. VI. ubi, quod Judex ad generalem inquisitionem formandam, diem quoque præcisè protocollo suo inferere debeat, in quo denunciatio delicti facta est. Post sententiam

tiam ejusque publicationem, in qua Reo tortura est dictata, Judicis officium est, moram 2. vel 3. dierum ipsi concedere, ut deliberet, an sponte confiteri, an verò corpus suum cruciatibus certissimis exponere mavult. Ludovic. *cit. tr. cap. IX. §. 16.* Et, si Reus in tortura delictum confiteatur, huic confessioni non erit fides habenda, nisi interposita mora 2. aut plurium *dierum* sponte confessionem illam repetat. vid. *art. 56. Constit. Crim. & Ludovic. cit. cap. IX. §. 44. & 45.* ubi exceptio.

§. IX. Tandem ut præscriptum mihi finem obtingam, paucula quædam de *Præscriptionibus* actionum, ubi per *dies* computatio in jure fit, adjiciam. Sic vir comprehendens adulterum cum uxore, ne quidem *unam diem* illum detinere potest, sed intra 20. horas testandæ rei causâ ipsi indultas, carceri publico mancipandum extradere debet. *l. 25. ff. ad L. Jul. de adult.* Privatum enim carcerem constituere nefas est, & in crimen Majestatis incidit faciens. *l. un. §. 1. C. de privat. Care.* Judex, qui sententiam à se latam supplere aut declarare vult, illud *uno eodemque die* facere debet. *l. 42. ff. de Re Jud. Duorum dierum* præscriptio habetur in *l. 38. §. 4. ff. de Edil. edict. trium dierum* in corrigendo errore ab Advocato commisso. *l. ult. C. de gland. leg.* *Quinque dierum* in *l. 8. si quis caus. in jud. sist. Noem dierum* in *l. 6. C. de sepulchr. viol. & Auth. seq. vid. Treutl. disp. 12. vol. 2. th. 7. lit. C.* Decem in Appellatione. *Auth. hodie C. de Appell. Quindecim dierum* in testibus producendis. *l. 19. C. de Testib. Viginti (1.)* in lite contestanda. *Auth. Offeratur C. de Lit. contest. (2.)* in recusando Judice suspecto *l. 14. & Auth. seq. C. de sent. & interloc. (3.)* in Judice, qui deposito officio causam non determinat coram se agitatum *l. 1. C. ut omni. Jud. tam Civ. quam Crim. Triginta dierum* in *l. 14. §. 3. de non Num. pec.*

in

in l. 7. §. 1. l. 10. §. 8. de Publicanis. in l. 1. §. 2. ff. de itin. actiue priv. l. 20. C. de Pæn. in Tertio L. Aquiliæ capite. in l. 3. §. ult. de Accus. Quinquaginta dierum in §. 10. l. de excus. Tut. l. 6. C. cod. l. 1. pr. C. ut omnes Judic. &c. Sexaginta in Auth. libellum C. de lit. contest. l. 22. §. 2. C. de Jur. deliber. l. 45. §. 10. it. l. 46. §. 4. ff. de Jur. Fisc. Nov. 83. in praf. §. 2. cap. 3. & f. X. Ne Cleric. vel Monach. l. 1. ff. qui fin. manum. ad libert. l. f. circa fin. C. de Jure Emphyt. in cap. portuit X. de Locat. in l. 6. C. ad L. Jul. de adult. in l. 1. C. de Lit. contest. in l. 36. C. de Fidejuss. in l. 28. 31. §. 22. l. 38. de Edil. Edict. in l. ult. C. de Censib. Lib. XI. tit. 57. Centum denique dierum in bonorum possessione amplectanda §. 4. l. de bon. poss. l. 2. C. qui admitt. ad bon. poss. &c. Atque hæc sunt, quæ pro ingenii modulo & temporis angustia ad materiam de eo quod justum est circa diem in pagellas hæc conjicere lubuit & vacavit. Si Lector nimis forsitan rigorosus, multa prætermittit, alia quoque penitus non exhausta, aut suo loco non collocata esse offenderit, rogatum volo ut cogitet me adhuc juvenem esse, cui satis est multa nescire, paucula nosse, doctos æmulari, Doctiores vero admirari usque ad diem illum, quo

DIES præterit IVDICANDI ab Ipso Veniunt
Christo:

Is est CVnctis sVa fide reddiVrVs.

Matth. Cap. XVI. V. 27.

G

CO.

COROLLARIA.

I.

Datur etiam actio mutui contraria.

II.

Mandatarius etiam de culpa levissima tenetur.

III.

Lex Anastasiana tantum habet locum in liquidis.

IV.

Mulier in codicillis non potest esse testis.

V.

Magistratus dans tutorem improbum, & demum
in subsidium conventus ex vero delicto tenetur.

VI.

Reconventio quamvis non oriatur ex eadem causa
locum habet.

F I N I S.



No 1165^a 8

ULB Halle 3
005 713 331




VD 17

VD 18

nc.

03. 2001 6d.





DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE EO,
QUOD JUSTUM
EST CIRCA DIEM,

Quam
NIXUS SACROSANCTÆ, AC INDIVI-
DUÆ TRIADIS AUXILIO,

Ex
DECRETO, ET AUTHORITYTE
Excellentissima, atque Amplissima
FACULTATIS JURIDICÆ,
in Perillustri, quæ Teutoburgi floret
Academia

Ad consequendos Summos in utroque Jure Honores,
& Privilegia Doctoralia

Placida eruditorum censura subjicit
BERNARDUS ENGELBERTUS FRAN-
CISCUS LINDEN,
MONASTERIO WESTPHALUS,

*In Auditorio majori ad diem 9. Octobris MDCCXXIV.
Hora locoque consueto.*

DUISBURGI AD RHENUM,
Typis JOHANNIS SAS, Academiae Typographi.

Kd 2072
ig.

19

14 19